



1. No subject

dono Editoris
C. Lincolniensis
Episcopi
1877.

THEOCRITUS.

CODICUM MANUSCRIPTORUM OPE

DENUO RECENSUIT

CHRISTOPHORUS WORDSWORTH, S.T.P.,

EPISCOPUS LINCOLNIENSIS;

COLL. SS. TRIN. CANT. OLIM SOCIUS

ET ACADEMIÆ ORATOR PUBLICUS.

"Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem."

CANTABRIGIÆ:

TYPIS ACADEMICIS:

VENEUNT APUD DEIGHTON BELL ET SOC. CANTABRIGIÆ;

GEORGIUM BELL ET FILIOS LONDINI.

1877

CANTABRIGIÆ

TYPIS ACADEMICIS EXCUDEBAT

C. J. CLAY, A.M.

PRÆFATIO.

AD hanc alteram editionem adornandam nova quædam mihi suppetebant subsidia, quæ in priore instruendâ præsto non erant. Etenim his recentioribus annis ad Theocriti scripta illustranda accesserunt viri ingenio et doctrinâ insignes, præsertim in Germaniâ, ex quorum laboribus fructus uberes percipere licuit, eorum vestigiis insistenti. Vidi etiam non sine jucundo quodam animi affectu adnotationes nostras a nuperrimo et eruditissimo Theocriti Editore non indignas existimari quæ non tantum commemorarentur, verum etiam, delectu earum habito, in suam editionem reciperentur. Profuit quoque mihi meos labores recognoscenti eorum judicia de meis qualibuscunque in Theocrito recensendo tentaminibus resciscere, ita ut si quibus calculum suum adjecissent, de iis spem concipere auderem meliorem, et si quos ii obelo non injuriâ notavissent, eos retractandos censerem. Unde contigit ut secundam hanc Theocriti nostri editionem, etsi non qualem vellem, at saltem qualem minus nollem, tuo favori, lector benevole, commendare in animum induxerim. Cui quidem proposito exsequendo, cum gravioribus negotiis continuò implicarer, multa se opposu-

erunt. Sed tandem voti solvendi occasionem nactus manum ad opus admovi.

Theocritum lectitâsse existimari potest, ex venustissimis ipsius carminibus, vir sanctissimus et disertissimus Gregorius Nazianzenus, Antistes Constantinopolitanus. Magnus ille Basilius Cæsareæ in Cappadociâ Archiepiscopus, qui cum Nazianzeno familiarissimè vixit, de Gentilium libris legendis luculentam dissertationem edidit[1]. Basilii æqualis, illustris ille Præsul Mediolanensis, Sanctus Ambrosius, in præclaris Hexämerôn libris, hortulos suos ex Virgilii Eclogis et Georgicis irrigâsse videtur. Gregorii Nazianzeni auditor Sanctus Hieronymus, satis rigidus alioquin morum censor, multus erat in scriptis Græcorum et Latinorum evolvendis, et de his literis excolendis doctam epistolam evulgavit[2]. Sanctus Augustinus, Hipponensis Episcopus, in egregiis de doctrinâ Christianâ libris[3], de eâdem re sapienter et eleganter disseruit.

Equidem persuasissimum habeo Christianæ Ecclesiæ optimè consultum iri, si hæc studia, quæ in antiquarum linguarum exactâ cognitione, tanquam in optimo humani intellectûs exercendi et informandi gymnasio et quasi palæstrâ, et quæ in Græcorum et Romanorum scriptis assiduè evolvendis et accuratè interpretandis versantur, non obsolescere patiatur, sed potius ea materno amore fovere et impensâ diligentiâ promovere conetur. Nobis certè non invideri debet, si eâ libertate utamur, quæ

[1] S. Basil. Homil. XXII. p. 173, tom. II., ed. Paris., 1722.

[2] S. Hieronymus, ad Magnum oratorem, Epist. 83, p. 654, tom. IV., ed. Paris., 1706.

[3] S. Augustinus De Doctrinâ Christianâ, lib. II., ad finem.

summis Ecclesiæ primitivæ rectoribus est concessa, et studiis hisce jucundissimis, quæ adolescentiam nostram aluerunt, senectutem aliquantisper oblectemus.

Quid autem si non diffiteamur in Theocrito nostro non pauca deprehendi, quæ non tantum minus proba et decora sint, sed etiam fœda et turpia, et quæ justum verecundiæ sensum graviter offendant? Verum enimvero regerere liceat, quemadmodum in rebus physicis etiam e venenis noxiis pharmaca solent elici salutaria, ita quoque ex his locis vitiosis enucleari possunt moralia quædam medicamenta, ad salutem promovendam idonea, et nostris præcipue temporibus non infructuosa.

Etenim cum ad talia animum advertamus, quæ scriptorum ethnicorum etiam celeberrimorum scripta deturpant, et lucidissimo eorum candori maculas quasi adspergunt, et præcipuè poetarum ingenio et styli venustate et colorum quasi festivâ hilaritate et versuum numerosissimâ suavitate commendatissimorum, haud facilem aurem iis præbebimus, qui hodie nobis pollicentur et persuadere conantur, nos a vitiorum fœditate immunes fore, et virtutibus moralibus inclarescere posse, si modo nos et populares nostros secularibus studiis et artibus elegantioribus, et philosophiæ placitis, et literarum humaniorum culturæ totos mancipemus. Qui quidem error exitiosissimus ex his ipsis ethnicorum libris efficacissimè potest refelli.

Hæc studia, nullo non honore prosequenda, et nullâ non diligentiâ excolenda, ubicunque cum verâ religione consocientur, et quasi famulentur pietati, et cælestis gratiæ splendore illuminentur et rore pluviâque irrigentur, contra autem, si per se segregentur, et in quandam terrenam et quasi silvestrem solitudinem ex Civitate Dei

abigantur, effrenatè, petulanter et intemperanter gestire solent, et animalium sensuum et appetituum naturalium indulgentiâ luxuriare et lascivire, et quasi belluino more efferari. Huic sententiæ adstipulari videtur universa mundi antiquitas. Unde rectè colligitur, rationem hominis et voluntatem, utcunque naturalibus dotibus instructam atque adornatam, ad societatem humanam clarificandam, purificandam atque illuminandam, et ad rem publicam instaurandam et conservandam, non esse idoneas.

Liceat etiam aliud adjicere quod a re, de quâ agitur, non alienum esse videtur.

Cum Theocriti et similium scriptorum pietatem in Deos suos qualescunque oculis contemplamur[1], et eorum sensum pulchritudinis naturalis exquisitum elucentis in rivis limpidis, prata floribus picta recreantibus, et in vallibus herbosis, ministrantibus ubertim pascua gregibus niveis et armentis boum validis, et in speluncis vivisque lacubus, et pastorum mentes largo quasi lætitiæ flumine perfundentibus, et cum aure percipimus vocem naturalis pietatis, in versibus eorum suavissimis ad Faunos Nymphasque, fontium, rivorum et montium amatores, sese exprimentis et effundentis, cuinam non illicò succurrit non injucunda cogitatio,—Ecquid a talibus scriptoribus expectandum fuisset, si harum omnium rerum Conditorem Optimum Maximum, et tantorum bonorum Largitorem munificentissimum, Deum, ex oraculis Ipsius divinitùs inspiratis cognovisse, et hac luce veritatis frui, quæ nobis illuxit, licuisset? Dicam etiam audacter quod sentio. Ecquis non potius admiratur diligitque vitam Theocrite-

[1] Cujus exemplum insigne habes in Idyllio illo pulcherrimo VII., 34, 155. Conferas, quæso, X. 42.

orum pastorum, in rupe maris Siculi, vel in gramine ad ripas Anapi sedentium, vel ad fontem sub pinûs susurrantis umbraculo, vel sub frondosarum ulmorum et populorum albarum hospitio, post anni fruges conditas, Thalysia lætè celebrantium[1], et carmina numinibus suis, fistulâ adspirante, canentium, quàm illorum philosophorum, qui, post splendorem divini aspectûs in Verbo Veritatis revelatum, in obscurâ caligine errare contenti sunt, et in formidoloso et inhospitali barathro volutare rerum naturalium et causarum secundarum, a divino intellectu, amore, et potentiâ Conditoris, Qui, ut cum Newtono[2] nostro loquar, "omnia regit, non ut anima mundi, sed universorum Dominus," longè latèque remotarum?

Sed hæc hactenus. Ignoscant mihi velim lectores benevoli talia aliis insinuanti, quæ ipsi sibi fortassè præcipere aptius et melius potuissent. Scribebam Riseholmiæ propè Lincolniam, in Festo Epiphaniæ, Anno Salutis MDCCCLXXVII.

[1] Theocr. Idyll. VII. ad fin.
[2] Isaaci Newtoni Principia, ad finem; p. 528, ed. Lond. 1726.

PRÆFATIO,

PRIMÆ EDITIONI PRÆMISSA.

SEPTENNIUM jam effluxit ex quo de recensendis Theocriti Reliquiis cogitare cœpi. Cujus quidem consilii complures extitere causæ; primùm, ut harum Literarum studia pro virili parte juvare conarer; deinde, ut, cùm severioribus studiis et gravioribus negotiis implicarer, Scriptorem aliquem styli venustate et hilaritate et candore ingenii commendabilem, qualem esse Theocritum omnes censuerunt, præ manibus haberem, quo animum subinde acquiescentem exercerem simul et recrearem.

Persuadebam quoque mihi, quod a gravissimis auctoribus traditum accepimus, indigestam variarum scientiarum leviter degustatarum notitiam adeò nihil ad mentes Adolescentium rectè informandas valere, ut contrà eas faciat vel effæminato languore flaccessere, vel volubili inconstantiâ fluitare, ne dicam temerariâ arrogantiâ superbire; et nihil unquam verè solidi et diuturni in iis præsertim studiis, quæ jure primum obtinent locum, Sacrarum inquam Literarum et Theologiæ, effici posse, omnia autem, quæ in his attentarentur, infirma, incerta et infructuosa fore, si fundamenta a majoribus nostris in accuratâ Antiquarum Literarum cognitione sapientissimè jacta labi aut vacillare pateremur.

Quare Angliæ nostræ, quùm in aliis rebus, quæ ad Religionem pertinent, tum in hâc quoque egregiam felicitatem magnoperè prædicandam esse arbitror, quod in Scholarum et Academiarum suarum disciplinis instituendis, Linguarum Antiquarum studia, universæ humanitatis, præcipuè autem Theologicæ scientiæ, sub-

structionem esse voluerit; unde Patriæ nostræ post literas renatas semper licuit gloriari, se Viros aluisse et hodie alere, non in profanis tantùm literis summâ cum laude versatos, sed eosdem sacræ eruditionis famâ florentissimos. Quis, ut recentiores taceam, quis non affectu quodam lætitiæ se commoveri sentiat, quùm Usserios, Waltonos, Gatakeros animo recolat, quùm Savilios, Hammondos, Pearsonos, Bentleios, Davisios, et, si de adoptivis loqui liceat, quùm Casaubonos, Grabios; quorum insistere vestigiis videtur esse gloriosissimum; et ut aliqui semper reperiantur, qui eadem arma tractent, quibus illi feliciter usi sunt, et validis sanæ doctrinæ propugnaculis Religionem puram et incorruptam tueantur, Ecclesiæ et Reipublicæ sanè est saluberrimum.

Itaque tantum abest, ut hæc sæcularia studia, tanquam res non summi momenti, unquam negligenda esse videantur; ut, quùm teterrima pestis Literas et universam hominum societatem sit invasura, si quando ii, qui se Criticos appellari volunt, Theologica studia invidiosè elevaverint, ita non minus exitiabilis futura sit illa perversitas, si unquam homines sibi nihil Philologiâ opus esse jactitent, quin præclari Theologi fiant. Mihi quidem si, salvâ verecundiâ, quid sentiam eloqui liceat, hæc ab illis studia, in adolescentium præcipuè Institutione, non modo nunquam segreganda esse, verùm etiam, si fieri posset, arctiore adhuc cum iis societate jungenda videntur; et illud potius semper placuit, quod a non nimis æquo profanarum disciplinarum censore, Tertulliano, quæri videmus, "*Quomodo repudiamus sæcularia studia, sine quibus divina esse non possunt*[1]*?*"

Quæ cùm ita sint, nullâ magis aliâ ratione hæc studia adolescentium animis arbitrabar me posse commendare, quàm si probatum aliquem Scriptorem, qui eos suavitate alliceret, ad Codicum fidem accuratè recenserem, et rationibus identidem expositis, quæ apud me in lectionibus deligendis valuissent, quàm emendatissimum iis repræsentarem.

Ut autem Theocritum potissimum edendum susciperem, præter causas jam a me memoratas, alia me impulit ratio. Cernebam enim locupletissimam messem Variarum Lectionum, e MSS. Theocriti enotatarum, a Viris doctis jam esse collectam;

[1] Tertullian. de Idololatriâ, c. 10.

sed tamen, si ita loqui liceat, in horreo etiamnum penè intactam jacere, et areæ criticæ tribulum et ventilabrum adhuc expectare.

Jam vero, etsi vix suspicabar futurum, ut post uberrimas Manuscriptorum copias, quas ad suam Theocriti Editionem adornandam adhibuit Gaisfordius, magnus aliquis fructus ex *novis* Codicum Collationibus perciperetur, tamen minimè committendum putavi ut, si qua hujusmodi comparari possent subsidia, iis uti negligerem. Quare Codicem Harleianum, leviter quidem illum a Wartono olim libatum, sedulo evolvi; et duos alios Libros MSS., quorum unus haud ita pridem e Caroli Burneii S. T. P., alter vero nuperrimè e summè Reverendi et eruditissimi Viri Samuelis Butleri S. T. P., Episcopi Lichfieldensis, librariâ supellectile in Museum Britannicum immigravit.

Habui quoque penes me, ut quàm commodissimè eum usurparem, beneficio Academiæ Cantabrigiensis, Codicem a nullo adhuc Theocriti Editore excussum, qui olim fuerat eximii illius Literarum fautoris Joannis Mori, Episcopi Eliensis; illo vero mortuo, cum cæteris ejus librorum cum impressorum tum manuscriptorum copiis, munificentiâ verè regiâ Georgii Primi in Academiæ Cantabrigiensis Bibliothecam concessit.

Neque exiguum nostræ editioni ornamentum attulit Vir ornatissimus Thomas Phillipps, Baronettus, qui, suum Theocriti Codicem humanissimè subministravit, et, quâ benevolentiâ favet suorum studiis, mihi quoque, ut et aliis, luculenter declaravit, se egregium illum quem possidet pretiosissimorum Voluminum thesaurum non sibi soli sed universo Orbi literario conquisivisse.

Neminem fere latet, qui historiam Codicum Theocriteorum vel leviter attigerit, duos quùm eruditione tum ingenii elegantiâ non incelebres viros plurimum temporis itinerum et impensæ insumpsisse, quò Manuscriptorum, quotquot in Galliæ et Italiæ Bibliothecis asservarentur, varias lectiones corrogarent. Quorum hic, Jacobus Sanctamandus, Collegii Lincolniensis apud Oxonienses olim alumnus, per annos MDCCVI—X, ille vero, Jacobus Philippus Dorvillius, Professor Amstelodamensis, non multis post Sanctamandum annis, huic labori exantlando strenuè incubuit. Neque quisquam ferè fuerit, qui de assiduis eorum in hoc opere exequendo curis inaudiverit, nedum eorum Adversaria evolverit, quem non affectu doloris tetigerit, et de humanarum rerum fragilitate monuerit id quod plurimis innotuit, utrumque

morte prius interceptum fuisse, quàm ullum sui laboris fructum perceperit.

Præclarè tamen accidit, ut subsidia, ab utroque ad Theocritum expoliendum comparata, non dissipata interciderint, sed in eundem copiarum literariarum locupletissimum thesaurum,—Sanctamandana quidem testamento legata a. 1750, Dorvilliana vero jure emptionis, a. 1804,—Bibliothecam Bodleianam, delata sint.

Et Jacobi quidem Sanctamandi schedis plurimum adjutus est Thomas Wartonus, quum Theocritum in lucem ederet Oxonii Anno MDCCLXX. Sed iis ita usus est is, qui Dorvillianas quoque copias, pretio et amplitudine præclarissimas, primus ad Theocritum elimandum attulit a. 1816, Vir de literis quum profanis tum etiam sacris immortaliter meritus, Thomas Gaisfordius, ut ejus operâ conjuncti Sanctamandus et Dorvillius in Theocrito plus effecerint, quàm ab alterutro, si id solus attentâsset, fieri potuisset.

Equidem, ut officio Editoris, quantùm in me esset, satisfacerem, has MSStas collationes a me quoque inspiciendas esse putavi; de quibus quid amplius commemoratione dignum existimavero in Codicum collatorum recensione uberius erit a me exponendum. Eodem quoque tempore quo has evolverem oblata mihi est facultas Codices Laudianum et Baroccianum, eos quoque in Bibliothecâ Bodleianâ repositos, quibus Wartonus etiam usus est, recognoscendi; et absolvendi quoque collationem Codicis Canoniciani, adhuc intacti, in eandem Bibliothecam haud ita pridem recepti, quæ meo rogatu a doctissimo Viro Gulielmo Jacobson[1], Academiæ Oratore Publico, inchoata fuerat et magnam jam partem confecta.

His ferè Codicum subsidiis quum veteribus tum novis, instructus ad Theocritum edendum accessi. Jam verò quum tantus sit quem dixi Codicum vel ab aliis vel a me ipso collatorum numerus, vix dubito quin nonnullis id mirum videatur, quod jam debeo profiteri, annotationes meas non tam in lectionibus ex hâc Manuscriptorum penu depromendis, quàm in novis Emendationibus vel proponendis vel corroborandis maximoperè versari. Cujus rei reddenda a me ratio est.

Ego vero tantum abest ut non summam Codicum reverentiam

[1] Hodiè Episcopo Cestriensi.

habendam esse autumem, ut contrà nullum non lapidem ab Editore movendum esse ultrò affirmem, quo quid habeant Codices resciscat. Quod a me in Theocrito factum fuisse, quantum penes me esset, religiosè profiteor.

Illud vero, ab alterâ parte, est animo perpendendum, Codices ipsos, qui quidem jam extant, permultis vitiis, quæ in antiquorum scriptis insederunt, esse recentiores; id quod diu jam de Theocriteis conquestus est maximè idoneus harum rerum æstimator Lud. Casp. Valckenaerius[1]. Hoc quoque est animadvertendum, Codicem alium ab alio, eoque fortasse mendosissimo, esse descriptum, idque a Librario, ut fieri potuit, neque oscitantiæ neque inscitiæ immuni; contrà autem Criticum illum, qui hodiè ad textum recensendum accedit, ante oculos uno obtutu *plurimorum* Codicum lectiones inter se collatas habere; et ex omnibus, quod in quoque loco sit optimum, excerpere, et veritatem ex eorum erroribus inter se comparatis felici conjecturâ interdum eruere posse. Fidenter igitur aio, cum Codices sint vitiosi, id quod de Theocriteis satis constat, Codicem omnium optimum esse rectam Rationem.

Quare de Conjecturis, quæ in Veteres Auctores afferuntur, id inquirendum esse arbitror, non utrum *conjecturæ* sint, sed an veri similes, an necessariæ. Id quoque disserendum subit, an non *ars* quædam sit conjectandi, certis quibusdam subsidiis innixa, et præfinitis legibus circumscripta. Naturalem quandam divinandi vim ad artem criticam factitandam exigebat Bentleius[2]: et id quidem fortasse verè. Hoc autem libentissimè largior et ultro profiteor,—Poetarum antiquorum textum velle refingere, nullo vel levi tantum respectu habito non dico solum ad universas linguæ ipsius et rei metricæ leges, ad Scriptoris indolem et rationem quùm cogitandi tum etiam cogitata eloquendi; sed, id quod nomine quidem humilius re autem non minus necessarium, parum exploratis quoque literarum et compendiorum formulis, quas in Codicibus describendis vulgo adhibebant Librarii; neque antiquâ verborum pronuntiatione, corruptelarum fonte uberrimo, quæ iis usitata erat, probè perspectâ, ita ut eam firmè teneas et nunquam ex animo fluere patiaris,—quid est aliud quàm summæ imperitiæ et temeritatis insanissimæ?

[1] Ad Idyll. I. 16.
[2] Præfat. ad Horatium * * 3 ed. 1728.

Sed quid hæc, fortasse inquies, ad Theocritum? Dicam quàm potero brevissimè. In hoc Scriptore plures sunt loci aperte vitiosi, quàm haud scio an in nullo alio sive Græco sive Latino similis famæ et magnitudinis. Theocritum ab antiquis Grammaticis et Lexicorum conditoribus, qui quidem hodie feruntur, citatum esse rarissimè, ut nihil fere inde opis accedat non sine admiratione observaveris. Interea Codices MSSti affluxerunt, (quorum plurimi mox recensebuntur,) si ad numerum spectes, satis multi, sed pro eorum multitudine, si universos æstimaveris, pretio parum spectabiles.

Quare quum aliæ rationes Editoribus non suppeterent, ad conjectandum confugerunt; neque immerito. Nullius enim planè momenti erit hìc objicere, plurimas, quæ ab iis in Theocritum effusæ sunt, conjecturas insulsas esse et apertè futilissimas. Esto. At Codicum lectiones in his ipsis locis plerumque sunt nihilo his conjecturis meliores, nisi quâtenus conjecturis melioribus materiam subinde afferant. An, quia nos male conjecimus, igitur lectores nostri se hallucinationibus librariorum in perpetuum mancipabunt? An vos, qui conjecturas repudiatis, nihil, nisi quod a Codicibus oblatum fuerit, amplectemini? At in plurimis locis Codices ad unum omnes tam apertè peccant vel in sensum, vel in metrum, vel in grammaticas leges, vel simul in omnia, ut eorum lectiones nihil nisi pessimæ omnium *conjecturæ* jure sint appellandæ. Quare si Codices ubique amatis, amatis quoque conjecturas: si odistis conjecturas, Codices ubique amare non potestis.

Et si Codicibus semper esset acquiescendum, sane dubitari nequit, quin in multis Theocriti locis Theocrito ipso careremus. In his enim Theocritum hodie legimus in editionibus nostris non ex Codicum scripturâ, sed ex Virorum Doctorum emendationibus. Quis, ut uno e pluribus exemplo contentus sim, nisi sensûs poetici plane expers, in Idyllio XXII. 39, elegantissimam Ruhnkenii lectionem λάλλαι non perinde veram esse agnoscat, ac si in omnibus, quotquot ubique sunt gentium, Theocriti Codicibus repereretur? At invenitur in *ne ullo quidem omnium.* Quis in eodem loco ἄλλαι, veram esse contendat? At invenitur in *omnibus.*

Quæ cum ita sint, equidem inter nimiam et pertinaciam et temeritatem rem temperare volui. Quare Codicum lectionibus,

ubicunque res flagitaret, disertè memoratis, paucas tantum lectiones ex aliorum conjecturâ in *textum* intuli, *nullam* omninò de meâ, contentus in *notis* indicare, quid in locis mendosis mihi videretur; quòd mihimet ipsi libertatem denegare deberem, quam non nisi parcissimè etiam Rei Criticæ peritissimis concesserim; tum verò quia, etsi sæpe apertè corruptelâ laboraret oratio, de medicinâ haud perinde liqueret. Manifesti enim vitii non est manifesta curatio.

Textum Meinekianum typis imprimendum curavi, quem ut 'cæteris puriorem[1]' præter alios meritò laudavit Hermannus; a Meinekio autem nunquam, si bene memini, nisi monito lectore discessi.

Ut *interpretandi* munere supersedendum putarem, nisi in illis locis ubi cum textu constituendo arctissimâ necessitate conjungeretur, in causâ fuit, non quod illum laborem non, in Theocrito præsertim, apprimè necessarium esse judicem, sed quod ab aliorum Editionibus, præcipue verò utilissimis et recentissimis Kiesslingii et Wuestemanni, ita huic enarrandi officio est satisfactum, ut verendum videretur ne, si quid in hâc parte molitus essem, actum agere rectè existimarer. Quare manus abstinui[2]. Accidit autem ut quædam hujus generis in hac nostrâ editione inveniantur. Nam, quum in hoc opere versarer, repperi inter schedas eruditissimi et desideratissimi fratris, Joannis Wordsworth, A.M., Collegii Sacrosanctæ Trinitatis apud Cantabrigienses haud ita pridem socii, quædam in Theocritum observata, quæ lectoribus acceptissima fore confido, et quæ cum meis conjuncta legi mihi sanè est jucundissimum[3].

Sed hæc hâctenus. Lentum quidem hujus qualiscunque nostri laboris in Theocrito positi negotium diutiùs prolatum iri videbatur, nisi jam verendum esse putarem, ne quas in eum scripsissem annotationes, pro Poëtæ nostri modulo nimiâ mole

[1] Hermanni Opuscula v. 50: "Sequor A. Meinekii Editionem quæ purior est cæteris."

[2] In hâc alterâ editione, amicorum rogatu largius aliquanto tironibus est consultum (quibus multum profuerit *Argumenta* Græca Idylliis præmissa sedulo perlegisse) sed librum onerare nolui; et Paleyi editio, exegetico apparatu instructa, nulli non est parabilis.

[3] Hæ fratris mei adnotationes hamulis inversis designantur, affixis literis "J. W."

laborare viderentur. Huc accessit, quòd præclaram operis absolvendi occasionem hodie nactus sum, beneficio Academiæ Cantabrigiensis, quæ Theocritum nostrum adoptare dignata est, et libri typis excudendi sumptum in se recipere; cujus collatæ in me gratiæ memoriam foveo perjucundam cum summâ observantiâ et piâ veneratione conjunctam.

Nunc quæstionem quandam Theocriti ferè propriam paulisper attingamus, quæ majorem disserendi ubertatem postulare videbatur, quàm quæ intra arctiores Notarum nostrarum cancellos posset concludi.

Neminem fere fugit paulo attentiorem, Theocritum, in versibus pangendis, bucolicam cæsuram frequentare; hoc est, quartum pedem fine vocis terminare, quam deinceps excipiat Adonius, sive dactylus cum spondeo. Vide modo primum idyllium, cujus ab initio *viginti septem versus* continuo tenore decurrunt, sine ullâ varietate hanc cæsuram exhibentes.

Sed ut hâc de re paulò temerius pronuntiabant veteres Rei Metricæ Magistri, ut Marius Victorius ed. Gaisford, p. 157, 'hanc legem per *omne* opus sui carminis custodire Theocritum Syracusanum exceptis tribus aut quatuor versibus,' et Terentianus Maurus de Metris v. 2131,

"*Jugiter hanc legem toto prope carmine servat,*"

cum tamen versus non pauciores quàm XXVII. in primo Idyllio IX. vero in secundo huic regulæ refragentur; ita recentioribus observandum reliquisse videntur, in *his versibus quartum pedem* apud Bucolicos ferè semper esse *dactylum*[1]. Quod adeo verum est, ut non dubitem insuper asseverare, omnes Idylliorum vere Bucolicorum versus (nam heroica, Sophronica sive mimica, et διηγηματικὰ[2] prudens excipio) in quibus pes quartus spondeus sit, et in finem vocis exeat, quæ vel disyllaba vel hyperdisyllaba sit, vel monosyllaba quæ versum inchoare non possit, ideoque

[1] Vide Valcken. Epist. ad Roeverum, p. 15. Warton. in Dissert. de Poet. Buc. p. 36. Maltby. Thesaur. Poet. p. 26. Gaisford. Hephæst. p. 271. Dixerat quidem Servius ad Virg. Eclog. I.: "Quartus pes si sit dactylus, meliorem efficit orationem, ut *Nos patriæ fines et dulcia.* Hanc legem Theocritus vehementer observat: Virgilius non adeo."

[2] De quibus Servius ad Virg. Eclog. III. 1.

præcedentibus potius quam succedentibus adhæreat, aliquâ corruptelâ laborare.

De Græcis Elegiaci carminis Scriptoribus hodie non ex instituto agimus. Sed tamen fortasse operæ pretium erit monere, poëtas qui illo genere scribendi præ cæteris claruerunt, non libenter ante cæsuram bucolicam disyllabam vel hyperdisyllabam vocem, cujus ultima syllaba *producatur*, posuisse. Qui sub Theognidis nomine nunc supersunt versus numero sunt MCCCLXXXIX; heroici DCXII. Inter hos extant sanè qui sequuntur;

v. 181,

τεθναμέναι, φίλε Κύρνε, πενιχρῷ || βέλτερον ἀνδρί.

v. 641,

οὔτοι κ' εἰδείης οὔτ' εὔνουν || οὔτε τὸν ἐχθρόν.

v. 695,

οὐ δύναμαι σοὶ θυμὲ παρασχεῖν || ἄρμενα πάντα.

v. 753,

ταῦτα μαθὼν, φίλ' ἑταῖρε, δικαίως || χρήματα ποιοῦ.

v. 901,

ἔστιν ὁ μὲν χείρων ὁ δ' ἀμείνων || ἔργον ἕκαστον.

v. 963,

μή ποτ' ἐπαινήσῃς πρὶν ἂν εἰδῇς || ἄνδρα σαφηνῶς.

v. 1161,

οὐδένα θησαυρὸν καταθήσειν || παισὶν ἄμεινον.

v. 1193,

ἀσπάλαθοί γε τάπησιν ὁμοῖον || στρῶμα θανόντι.

Neque tamen his plures reperientur, si rectè memini. Contra autem in versibus heroicis DCXCII, qui Theognidi tribuuntur, non pauciores quàm CCCLXXIX inveniuntur qui *dactylum* habent in quarto pede ante finalem Adonium. Atqui, dices fortasse, nonne apud Theognidem legitur v. 25,

οὐδὲν θαυμαστὸν, Πολυπαΐδη || οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς,

et nonne illis versibus jam a te memoratis is accenseri debet? Legitur sanè in hoc loco et sæpius vox Πολυπαΐδη adhibita a Theognide, sed tamen ita posita ut rem, quam declarandam suscepimus, confirmet non convellat. Nam hâc voce novies usus

est poëta, v. 25, 27, 61, 79, 87, 191, 143, 145, 541, *semper* tamen sequente *vocali*, ita ut ultimum vocis membrum semper dactylus esse possit, (Πολυπαΐδη) numquam *non* possit. Quare Gaisfordio persuasisse Elmsleium, ubique in Theognidis relliquiis scribendum esse Πολυπαΐδη non miror, non persuasisse Welckero, valdè miror. Vocativi forma et locus idem est qui v. 1349, ubi Simonidem alloquitur,

οὕτω μὴ θαύμαζε, Σιμωνίδη, οὕνεκα κἀγὼ—

Conferas quoque v. 469, 667. Vide et Hermesian. 67,

εἴσοκε τοι δαίμων, Εὐριπίδη, εὗρεν ὄλεθρον,

et Bachii notam.

Et ut alios Elegiaci carminis auctores attingamus, nullus, quod sciam, extat Simonidis versus, qui ante quintum dactylum habeat spondeum ex disyllabo vel parte hyperdisyllabi confectum; (nam in Epig. LXXXIX. Gaisf.

Σῆμα Θεόγνιδος εἰμὶ Σινωπέως || ᾧ μ' ἐπέθηκεν,

rectè Codex Vaticanus habet Σινωπέος;) nullus Tyrtæi, nullus Philetæ, nullus Phanoclis, nullus Hermesianactis. Poetæ contra ejus, qui Phocylidæ nomine vulgo appellatur, et qui hexametris scripsit, reperientur in brevissimo carmine (nam versibus constat tantùm CCXVII) longè plures hujusmodi versus quam in omnibus quos memoravimus Elegorum Scriptoribus.

Equidem, his rebus perpensis, vix a me possum impetrare ut octo versus jam laudatos, si rectè inter Theognideos recepti sint, non aliquâ corruptelâ laborare existimem. Quintum eorum et ultimum facili transpositione correxeris,

ἐστὶν ὁ μὲν χείρων ὁ δὲ ἔργον ἕκαστον ἀμείνων.
ἀσπάλαθοί γε στρῶμα θανόντι τάπησιν ὁμοῖον.

de quo metri genere quædam annotavimus ad Idyll. X. 38, XIII. 68. Vide Theogn. 1171,

Γνώμην, Κύρνε, θεοὶ θνητοῖσι διδοῦσιν ἀρίστην.

et v. 355.

Medelam v. 1161 ipse subministrat Theognis, qui eundem versum aliàs, v. 409, sic scribit,

Οὐδένα θησαυρὸν παισὶν καταθήσῃ ἀμείνω.

Quin v. 695 legendum sit *παρασχέμεν*, et v. 641 *εὔνοον* vix

dubitandum videtur. In v. 753 pro *δικαίως* mallem *δίκαιά συ.* Versus 181, 963 peritioribus relinquo. Addi sane poterat v. 911,

ἐν τριόδῳ δ' ἕστηκα· δύ' εἰσὶν || πρόσθεν ὁδοί μοι.

prout vulgo editur, nisi ibi rectè Codex Mutinensis, a Bekkero collatus afferet *δύ' εἰσὶ τὸ πρόσθεν ὁδοί μοι.* Sed ad Bucolicos redeamus.

De Bione et Moscho extrà controversiam res est. Nam si unum versum exemeris illius quarto idyllio, quod non Bucolicum est, sed Ionicâ oratione conscriptum, IV. 37,

'Αονίου πεδίοιο βαθεῖαν || βῶλον ἀρούρης,

vere mihi videor esse dicturus, ne unum quidem ex alterutro locum, qui quidem sanus sit, afferri posse in quo ante quintum dactylum vox disyllaba vel hyperdisyllaba præcedat, cujus *ultima* sit longa sive naturâ sive positione. Optimè igitur Schaeferus in Bionis I. 61,

καλὸς ἐὼν τοσσοῦτον ἔμηνας || θηρσὶ παλαίειν

pro EMHINAC reposuit EMHINAO, non metro tantum sed lingua hoc flagitante, ita ut utrique simul consuluerit; optime Salmasius in Bionis XV. 19,

χιονέαις πόρφυρε παρειῇς, || καὶ τὸ βάδισμα,

pro *παρειῇς* restituit *παρηΐσι*, quod postea confirmavit varia lectio *παρειῇσιν* a Codice Mediolanensi oblata. In Mosch. V. 10,

καὶ δόμος ἐστὶ θάλασσα καὶ ἰχθὺς || ἁ πλάνος ἄγρα,

minime dubito quin legendum sit *ἰχθύες*. Vide Arat. 362, Theoc. XXI. 43. *Ultimam* syllabam dixi, quia voces *monosyllabas* ubique excipio, quales sunt *καὶ*, *ἢ*, *οὐ*, articulus *τῷ*, *τὸν*, præpositiones *εἰς*, *ἐκ*, quæ ad sequentem vocem pertinent non ad proxime præcedentem, et cum ea in unam quasi vocem coalescunt.

Quare ne mihi objiciantur versus hujusmodi, Theoc. Id. I. 14,

τυρίσδεν; τὰς δ' αἶγας ἐγὼν ἐν τῷδε νομεύσω.

neque I. 111,

ὡραῖος χὤδωνις ἐπεὶ καὶ μᾶλα νομεύει,

ubi Viri cujusdam docti conjectura ἐπ' ὕχθαις μᾶλα νομεύει metrum pessumdat,
neque II. 108,

οὐδέ τι φωνᾶσαι δυνάμαν οὐδ' ὅσσον ἐν ὕπνῳ.

neque II. 160,

λυπῇ τὰν 'Αΐδαο πύλαν ναὶ Μοίρας ἀραξεῖ.

neque IV. 52,

τἀτρακτυλλίδες ἐντί, κακῶς ἁ πόρτις ὄλοιτο.

neque V. 16,

τᾶς πέτρας ὤνθρωπε μανεὶς εἰς Κρᾶθιν ἀλοίμαν.

neque V. 58,

στασῶ δ' ὀκτὼ μὲν γαυλὼς τῷ Πανὶ γάλακτος.

neque V. 132,

οὐκ ἔραμ' Ἀλκίππας ὅτι με πρὰν οὐκ ἐφίλασεν.

neque V. 133,

τῶν ὤτων καθελοῖσ' ὅκα οἱ τὰν φάσσαν ἔδωκα.

Objici sane posset, I. 6.

ἁ χίμαρος, χιμάρῳ δὲ καλὸν κρῆς, || ἔστε κ' ἀμέλξῃς,

sed ibi κρέας verum esse, Heinsio, Brunckio, Valckenaerio auctoribus, apud omnes ferè hodiè constat. Objici quoque posset ejusdem idyllii V. 130,

ἦ γὰρ ἐγὼν ὑπ' Ἔρωτος ἐς Ἅιδαν || ἕλκομαι ἤδη,

nisi pro Ἅιδαν, ex Codice Mediceo optimo, et editione Juntinâ, succurreret altera lectio Ἄϊδος, quæ scrupulum injectum eximeret.

Jam vero, his positis, affirmari potest, nullum neque in primis quinque Theocriti idylliis, neque in sexto neque in septimo versum inveniri, qui huic, quod diximus, præcepto adversetur. Qui ex octavo, "vexatissimo," inquit Hermannus[1], "idyllio" et quod Beckius Theocritei ingenii fœtum esse negavit, et quod corruptelis plurimis scatet, citari poterit versus 13,

ἀλλὰ τί θησεύμεσθ' ὅ κεν ἁμῖν || ἄρκιον εἴη,

[1] In *Opusculis* V. p. 82.

eum vitiosum esse et sensus clamat, et Codices arguunt, ut uberius ad locum ipsum declaravi. In eodem carmine leguntur v. 32, 33,

εἶτα δ' ἀμοιβαίην ὑπελάμβανε Δάφνις ἀοιδὰν
βωκολικὰν, οὕτω δὲ Μενάλκας || ἄρξατο πρᾶτος.

cui excusatio parari poterit ex licentiâ propriis nominibus concessâ: sed locum insititium esse attentius eum inspicienti, credo, videbitur, quemadmodum interpolatoris manum, opinor, deprehenderis in idyllii noni initio qui locus illi est planè gemellus[1]. Quid de x. 38 statuendum sit,

ἦ καλὰς ἄμμε ποιῶν ἐλελήθη || βῶκος ἀοιδὰς,

suo in loco disputavimus.

Decem priora Theocriti Idyllia peculiarem eumque verè Doricum colorem referre jam ab aliis et præcipuè ab Ern. F. Wuestemanno[2] monitum est; quam quidem sententiam egregiè confirmat id quod jam monuimus de bucolicâ cæsurâ in his decem idylliis ad certam legem accuratissimè compositâ.

Optimè igitur Servius, testis idoneus, eòque magis in hâc re, propterea quod ad eundem finem quem nos aliâ quàm quâ nos viâ deductus est, 'Sciendum est,' inquit, Virgilii '*Septem* Eclogas meras esse rusticas, quas Theocritus *Decem* habet[3].'

Protenus autem ad *Undecimum* Theocriti Idyllium accedentibus alius rerum jam nascitur Ordo. Vide modo statim in undecimi initio,

οὐδὲν ποττὸν Ἔρωτα πεφύκει || φάρμακον ἄλλο
Νικία,

quo quidem metri genere declarare voluisse videtur Poeta, in ipso carminis limine, se non jam Eclogam Bucolicam scribere sed in Epistolâ familiari cum amicissimo Medico, Niciâ, velle colloqui. Vide mox ejusdem idyllii v. 10,

ἤρατο δ' οὔτι ῥόδοις οὐ μάλοις || οὐδὲ κικίννοις.

v. 41,

πάσας μανοφόρως καὶ σκύμνως || τέτταρας ἄρκτων.

[1] Vide adnotata ad hunc locum (IX. 1).

[2] Præfat. ad Theocritum, p. xxxv. quæ multa habet cognitu dignissima, et ad Theocritum bene intelligendum necessaria.

[3] Ad. Virgil. Eclog. 1.

v. 42,

ἀλλ' ἀφικεῦ τὺ ποτ' ἄμμε καὶ ἑξεῖς || οὐδὲν ἔλαττον.

v. 49,

ὤμοι ὅτ' οὐκ ἔτεκεν μ' ἁ μάτηρ || βράγχι' ἔχοντα.

v. 62,

ὥς κεν ἴδω τί ποθ' ἁδὺ κατοικῆν || τὸν βυθὸν ὔμμιν.

Qui quidem versus, cum non molliter moveri, sed suo quasi pondere laborare, videantur, agreste Cyclopis ingenium non invenustè ante oculos ponunt; sed eorum similis ne *unus* quidem in *decem* prioribus idylliis reperiendus est.

In Idyllio XII. 24 habes,

ψεύδεα ῥινὸς ὕπερθεν ἀραιῆς || οὐκ ἀναφύσω,

qui vel [1] Ionico Poetæ, vel Theocrito certè jam non *βωκολιασδομένῳ*, facile condonandus erit, ut, ob epicum fere carminis colorem, XIII. 59,

τρὶς δ' ἄρ' ὁ παῖς ὑπάκουσεν, ἀραιὰ || δ' ἵκετο φωνά.

Jam vero in Idylliis XIV, XV, Sophronis habes imitationem, et in versibus pangendis licentiam penè mimicam. Quod minime miraberis, quum Sophronem constet in mimis deditâ operâ ne a solœcismis quidem temperâsse, [2] quo personarum suarum e trivio arreptarum indolem et mores vividius exprimeret. Quaré satis commodè occurrunt versus hujusmodi, XIV. 23,

χἤφθα, εὐμαρέως κεν ἀπ' αὐτᾶς || καὶ λύχνον ἅψαις.

XV, 23,

θασόμεναι τὸν Ἄδωνιν, ἀκούω || χρῆμα καλόν τι.

XV. 26,

ἕρπειν ὥρα κ' εἴη' ἀεργοῖς || αἰὲν ἑορτά.

Vide et XV. 42, 62, 67, 74, 94, 131, etsi huic ultimo versui,

νῦν μὲν Κύπρις ἔχοισα τὸν αὐτᾶς || χαιρέτω ἄνδρα,

in mollissimâ τῆς Ἀοιδοῦ næniâ, aliquantulum subirascar.

Ex Idyllio XVI, quod ut Idyllia XVII, XXII, medium quendam locum obtinent inter Epicam et Bucolicam scribendi

[1] Vide Not. infrà, ad locum.

[2] Vide Etymol. M. v. ὑγιής, Heins. Lect. Theocr. XXI. Valcken. Adoniaz. p. 201.

rationem, et quæ Alexandrina appellari potest, nulla violatæ Cæsuræ bucolicæ, qualem hìc intelligimus, exempla afferri possunt, nisi quæ vix huc retrahi debent, ut XVI. 67,

πολλῶν ἡμιόνων τε καὶ ἵππων || πρόσθεν ἐλοίμαν,

ubi πρόσθεν ab ἵππων ita pendet ut cum eâ quasi unam vocem faciat; XVII. 36,

τᾶς μὲν Κύπρον ἔχοισα Διώνας || πότνια κώρα.

V. 45,

κάλλει ἀριστεύοισα θεάων || πότν' Ἀφροδίτα.

Has autem Eclogas perperam Idylliis annumerari liquet, et ad Hymnorum potius Theocriteorum classem pertinere. Et dum de Alexandrino dicendi genere agimus, liceat monere eos Poëtas qui hoc secuti sunt, in *Hymnis* eam fere legem servare, quam Bucolicorum propriam diximus, quum autem *Epicis* argumentis versentur, eam minime curare. Sic hanc legem ne semel quidem in Hymnis, qui hodie supersunt, neglexisse videtur Callimachus; nam in Hymn. ad Apoll. 39,

ἀλλ' αὐτὴν Πανάκειαν ἐν ἄστει || δ' ᾧ κεν ἐκεῖναι,

benè Blomfieldius edidit ἄστεϊ; et in Hymn. ad Cerer. 129,

τᾶσδε τελεσφορίας ποτὶ τὰν θεῦν || ἄχρις ὁμαρτεῖν,

legendum θεόν.

Extat sane in Hymn. ad Dian. 7,

καὶ πολυωνυμίην ἵνα μή μοι || φοῖβος ἐρίζῃ,

ubi ante φοῖβος facilè excidere poterat ὁ, aut fortasse legendum μοι μή, vel μή μοί, nam, ut ab orationis tenore patet, pronomen non encliticum sed emphaticum est.

Restat unicus locus Hymn. ad Del. 226,

ἀλλὰ φίλη, δύνασαι γάρ, ἀμύνειν || πότνια δούλοις,

qui utrum necne corruptus sit non statuere audeo. Mihi quidem ἄμυν' ὦ πότνια non displiceret.

Apollonio Rhodio, et Arato, ut diversa materia, ita alia quàm Callimacho et Theocrito versificandi ratio. Apud eos, ut Homeri sequaces, hujusmodi versus sæpius inveniuntur; apud Nicandrum verò rarissimè. In Musæi autem carmine, venustatem artificiosam et elegantiam exquisitam redolente, ne

unum quidem me legere memini. Sed ad Theocritum paulisper revertor.

In Idyllio XVIII, Helenæ Epithalamio, quod mixto et fere Pindarico sermone constat, ut et XIX, XX, XXI, XXIII, XXIV, XXVI, XXVII,

legas v. 12,

εὕδειν μὲν χρῄζοντα καθ' ὥραν || αὐτὸν ἔχρην τυ.

v. 55,

καὶ πόθον, ἔγρεσθαι δὲ πρὸς ἀῶ || μὴ 'πιλάθησθε.

v. 57,

ἐξ εὐνᾶς κελαδήσῃ ἀνασχὼν || εὔτριχα δειράν.

Neque ex XIX, neque XX, quidquam, quod huc faciat, afferas: afferas tamen ex Piscatoriâ Eclogâ XXI, ubi Sophronem æmulatur Theocritus, v. 15, si rectè *κλίναν* conjeci; ex XXII plurima sunt alleganda v. 11, 88, 109, 113, 161, 182, quæ non mirari debes, ut Homericâ imitatione enata: in XXIII nihil huc pertinet; ex idyllio XXIV, longissimo carmine, unicum depromseris exemplum v. 107. Idyllium XXV. totum Epicum est, minimè bucolicum, unde enotabis v. 9, 158, 254. Contra vero Idyllium XXVII. 59, merè bucolicum est, sed, me judice, Theocrito adjudicandum; in ejus v. 59,

ἄλλαν ἀμπεχόναν τᾶς σᾶς τοι || μείζονα δωσῶ.

legere mallem *τοί*.

Hæc sunt omnia, ni fallor, quæ ex omnibus Bucolicorum Poetarum Græcorum quotquot extant reliquiis memorari possunt exempla vocis disyllabæ vel hyperdisyllabæ, cujus ultima producatur, ante finalem Adonium; unde quid de hac re senserint facile collegeris. Quàm longè a Theocriteis, in bucolico versu condendo, Virgilianæ abluserint rationes, statim a prima ejus Ecloga patet, quæ constat versibus LXXIX, inter quos hi reperiuntur,

v. 29. Candidior postquam tondenti barba cadebat.
35. Pinguis et ingratæ premeretur caseus urbi.
48. Limosoque palus obducat pascua junco.
50. Non insueta graves tentabunt pabula fetas.
59. Nec gemere aëriâ cessabit turtur ab ulmo.

62. Ante pererratis amborum finibus exul.
64. Quam nostro illius labatur pectore vultus.
65. At nos hinc alii sitientes ibimus Afros.
67. Et penitus toto divisos orbe Britannos.
69. Pauperis et tugurî congestum cespite culmen.

Quorum similis *ne unus quidem versus* in *prioribus decem Theocriti* Eclogis, quæ constant versibus DCCLXXV, apparet. In Virgilii autem Eclogis hujusmodi versus sunt CCLXXVI. Sed de his Virgilianis, ubi puro et integro Adonio versus terminatur, et Adonium vox præcedat cujus ultima sit longa, opus est monere, eam vocem cum *sequentibus* non cum *præcedentibus* sensu cohærere. Quod et de Apollonii, et Arati quoque heroicis vere mihi videor esse dicturus; in quibus semper cautum est ut sensus per quartum spondeum in finalem Adonium continuo tenore flueret.

Libro nostro jam typis impresso, nactus sum exemplar Editionis Theocriti Gailianæ, quæ Lutetiæ prodiit a. 1828, et in turba Voluminum, in quibus erat, quæ Gallico nomine "*Le Philologue*" lucem viderunt, delituisse videtur, ita ut Viros doctos non raro fefellerit. Wuestemanno, qui Theocritum edidit a. 1830 ne fando quidem, ut neque Hofmanno neque Eberto, innotuisse videtur. "Gailii editio," ait Scholiorum Genevensium Editor J. Adertus, "ob immane, quo venalis fuit, pretium, paucorum tantum in manus venit." Mihi non maturius obviam fuisse et doleo et lætor. Nam quædam continet non aliunde cognita, ex MSS. a Gailio deprompta, quæ in annotationibus meis scribendis rescivisse e re mea fuisset. Sed ab altera parte, conjecturas quasdam nostras Codicum in ea commemoratorum auctoritate confirmatas non sine voluptate vidi; unde spem et animum de cæteris quoque cepi; quippe quod harum probatione de illis quoque quodammodo præjudicaretur. Utcunque hæc se res habeat, quæ in Gailii editione memoratu digna viderentur, excerpsi, et in Addendis nostris ad calcem Voluminis[1] sigillatim indicavi. Scripsi A.D. VI. Id. Apriles MDCCCXLIV.

[1] In hac editione, adnotationibus sunt inserta.

CODICUM MANUSCRIPTORUM THEOCRITI ELENCHUS.

PARISIENSES.

LITERARUM designatio, quam hic Codicum Parisiensium damus, ea est, quam, Aderto teste (nam a meo Gailianæ editionis exemplari abest hic indiculus), adhibuit J. B. GAILIUS in Editione Theocriti, Paris. 1828, 2 Tomis, 8vo. Codices, quibus literas *Sanct.* præmisi, vel ab ipso Sanctamando vel ab aliis, ut a Salvinio Professore Florentino, ejus rogatu, collati sunt. Collationum Sanctamandarum Syllogen dedit Wartonus ad calcem secundi Voluminis suæ editionis pp. 365—388.

Nonnullos ex his Gailianis Codicibus ipse Parisiis evolvi post priorem Theocriti editionem a me vulgatam et ex eis varias lectiones excerpsi.

A.	2596.	
B.	2721.	
C.	2722.	Sæculi XV.
D.	2726.	Sæculi XIV.
E.	2758.	Sæculi XIV. = *Mediol.* C.
F.	2763.	Sæculi XVI.
G.	2781.	Sæculi XV.
H.	2786.	Sæculi XIV.
I.	2802.	Sæculi XIV.
K.	2812.	Sæculi XVI.
L.	2831.	Sæculi XIII.
M.	2832.	Sæculi XIII. = *Mediol.* A. Codex optimus cum glossis.
N.	2833.	Sæculi XV. (?)
O.	2834.	Sæculi XV.
P.	2835.	Sæculi XIV. = *Mediol.* B.
Q.	2844.	Sæculi XIII.
R.	2998.	Continet paginam proverbiis Theocriteis refertam.
S.	3026.	
Y.	169.	
Z.	351.	Sæculi XVI.

Parisienses, sive a Dorvillio sive a Sanctamando collatos respiciamus, sunt hi

1 MS. Regius 335.
2 1513.
3 3312=2802.
4 2794=2402.
6 Colbert. 1193=2721.
7 Coislin. 169.

Hos omnes, quos suprà recensui, contulit Dorvillius cum ed. Oxon. 1699; tres, qui sequuntur, Sanctamandus;

9 Colbert. 6443=2884. Sæc. XIII. (A.D. 1298) continet nonnulla Sophoclis et Æschyli.

10 MS. Regius 3378=2832. cum glossis; habet Idyllia I—XXV, exceptis XIX, XXIV.

11 Coislin 351. ad Idyll. XX, XXI, XXIII, contulit Sanctamandus.

GENEVENSIS.

De eo videndus Wuestemannus Præfat. Theoc. p. XV. XVI. Scholia ex eo descripsit ediditque J. Adertus Turici, 1843; præmissâ brevi Codicis notitiâ.

ITALICI.

Qui sequuntur Codices A, B, C, D, E, *F, G, H, K, *I, L, N omnes collati sunt a Dorvillio cum editione Theocriti Commelinianâ Heidelb. 1604. Collationes ejus extant in Bibliothecâ Bodleianâ. (X. 1. Inf. 2. 22.) Codices sic * notati ad Moschum pertinent; Codicum notitia, quam damus, est inscripta Dorvillii manu in paginâ primâ ed. Commelin.

MEDIOLANENSES.

A. Codex vetustus est. N. 32.

B. Recentior. N. 22. continens partem Anthologiæ, Apollonium Rhodium et partem Iliadis.

C. Recens. N. 75. habens fere omnia sub nomine Theocriti; cum Opp. et D. Hesiodi et Scuto.

D. Recentior. 240 Annorum. N. 84.

E. Recens. N. 115. negligentiam et insciti correctoris manum expertus.

*F. Optimus et antiquissimus, in quo et Odyssea Homeri et Sallustius Philosophus de Diis.

G. N. 24.

H. Recens.

K. Codex optimus cum uberrimis Scholiis, et bonæ frugis repletus; hoc volumine continentur Pars Phœnissarum Euripidis, Æschyli Persæ, Aristoph. Plutus, Nubes, Ranæ; Lycophronis Alexandra, Hesiodi Scutum, Pindari Hymni XII, Hesiodi Opera et Dies, Oppiani de Piscat. libb. V, Dionysii Alex. Periegesis, Theocriti Idyll. XVII, Simmiæ Rhodii Ala et Securis: omnes hi cum Scholiis. Frag. de Piscibus; Frag. de Dialectis; Excerpta. N. 222.

*I. 831. qui continet Orphea, Callimachum, Pindarum. Satis bonus.

PARMENSES.

L. Recentior multum.

M. Vide post *N.

VENETUS.

*N. Codex S. Marci ex vetusto descriptus, continebat inter alia Moschi Europen.

M. Codex Dorvillianus; nunc est in Bibl. Bodleianâ, X. 1. 3. 12. Chartaceus; continet decem priora Idyllia.

Qui sequuntur Codices P, Q, R, S, T, V, W, X. Y, Z, Γ collati sunt a Dorvillio cum altero exemplari editionis Commelin. Collationes ejus extant in Bibl. Bodlei. (X. 1. 2. 23); unde notitia nostra hausta est.

FLORENTINI.

Sanct. P. Mediceus 37. Sæc. XIII. accurate scriptus ex vetustiori longe ut videtur, nam aliquando eum non legere videtur, adeoque voces quasdam vacuo loco reliquit.

Q. Mediceus 52. Sed non absolvimus, quia negligenter scriptus et ex superiori sumptus videbatur.

Sanct. R. Medic. 43. Partim contulimus, sed XV Sæculi erat et cum P. coincidebat.

S. Medic. 16. Accurate scriptus, Sæc. XIII, fuit Philelphi; continet plurima, Nonni Dionysiaca, Oppianum, Nicandrum, Hesiodum, &c.

T. Medic. Sæc. XV. Pauca inde excerpsimus.

[*Sanct.* Codicem alium Mediceum sive Laurentianum, Angeli Politiani dictum, 46 contulit Sanctamandus, non contulisse videtur Dorvillius; Codices Dorvillii P et R Sanctamando dicti sunt Laurentiani. Vide Wartoni ed. II. p. 377.]

Sanct. V. Cod. Benedictinorum Florentinorum sive Abbatiæ. Sæc. XIV. (Sanctamando A. C. 12 vel Ben. V. h.e. Benedictinus Vetustior.)

Sanct. W. Ibid. Sæc. XIV. (Sanctamando A. C. 4 vel Ben. R. h.e. Benedictinus Recentior. Horum duorum Codicum Benedictinorum Collationes Sanctamandi gratiâ confecit Salvinius.)

X. Bibliothecæ S. Marci. Sæc. XV. Videtur ex T. descriptus.

Y. Med. continebat varia Epigrammata; Sæc. XV.

Z. Med. 18. Recentissimus.

NEAPOLITANUS.

Γ. Sæc. XIV. In Bibliothecâ S. Joannis Carbonarii; aderant Scholia.

Qui sequuntur Codices *b*, *i*, *m* collati sunt cum Commelin. 1604, qui autem designantur literis *a*, *c*, *d*, *f*, *g*, *h*, *k*, *l* cum editione quam a Dorvillio indicatam non invenio: collati vero sunt omnes hi Codices in Dorvillii gratiam; non ab ipso Dorvillio. Collationes extant in Bibl. Bodleianâ. (X. 1. Inf. 1. 30.)

ROMANI.

Sanct. 1. *a.* Vaticanus 50. Sæc. XIV. Chartac. continet nonnulla Euripidis, Sophoclis, Hesiodi, Pindari, Homeri et Planudis.

Sanct. 8. *b.* Vaticanus 40. Sæc. XI.

Sanct. 3. *c.* Vaticanus 38. Sæc. XIV. Continet nonnulla Aristophanis, Hesiodi, Pythag. et Oppiani.

d. Vaticanus 1371. Sæc. XV. Chartac.

Sanct. 5. *e.* Vaticanus 42. Sæc. XIV. c. nonnull. Pindari, Dionys. Perieg.

**Sanct.* 10. *f.* Vaticanus 1363. Sæc. XIV. c. nonn. Euripidis, Sophoclis, Pindari et Epit. Bionis: habet Idyllia I—XIV.

g. Vaticanus 139. Sæc. XIII.

Sanct. 6. *h.* Vaticanus 913. Sæc. XII.

i. Vaticanus Urbinas 140. Sæc. XI.

Sanct. 12. *k.* Vaticanus 44. Sæc. XIV.

l. Vaticanus 53. Sæc. XV.

**Sanct.* 9. *m.* Vaticanus 915. Sæc. XI. c. nonn. Homeri et Hesiodi et Moschi Europâ.

Qui sequuntur Codices Vaticani a Sanctamando sunt collati. Usus est Sanctamandus ed. Oxon. 1699, quâcum Codices suos conferret. Inter schedas Sanctamandi in Bibl. Bodleianâ asservatur illius editionis exemplar, in tres tomos chartâ purâ interfoliatos distributum, in quibus Manuscriptorum varietates propriâ manu enotavit anno 1709.

Vat. 2. N. 95. continet nonnulla Pindari, Homeri, Hesiodi et Æschyli.

Vat. 4. N. 1825. desinit cum Idyll. XVIII; continet nonnulla Aristoph. et Hesiod.

*Vat. 7. N. 39. cum nonnullis Hesiodi et Oppiani; habet Idyllia I—XV, XVIII—XXVIII. et octo versus XXIX. cum Ep. Bionis.

Vat. 8. N. 40. c. n. Pindari et Sophoclis ; habet Idyllia V—VIII, quintum mutilum ad v. 26.

Vat. 11. N. 1311. cum nonnullis Pindari et Hesiodi ; cum glossis.

Vat. 13. N. 43.

Ott. Codex Cardinalis Ottoboni a Sanctamando collatus; habet Idyllia I—XVIII.

O. Epigramm. Cod. Palatin. Anthol. in Bibl. Vat.

Qui sequitur Codex collatus est a Dorvillio cum editione Heinsii ; Collatio extat, chartâ purâ scripta, in Bibl. Bodl. (XI. In. 1. 36).

TAURINENSIS.

8. Codex Bibl. Reg. Chartaceus 300 Annorum.

PISTOIENSIS.

Codex continens Idyllia I—VIII. memoratur a Pileneio, qui Theocritum edidit Parmæ, 1780, 2 voll. 4.

GERMANICI.

Codicem LIPSIENSEM, quo Reiskius quoque usus est, itemque Codicem Johann. Hamburg. cum editione Heinsii contulit Dorvillius ; Bibl. Bodl. X. 1. 2. 26.

Quatuor VIENNENSIUM (sive Vindobonensium, sive Cæsareorum) collationes habuisse se affirmat Brunckius: vide eum ad I. 103 et II. 1 suæ ed. 1776.

Codicem AUGUSTÆ VINDELICORUM adhibuit Harlesius, cujus editio prodiit Lipsiæ, 1780. Continet is Idyllia I—VIII. GOTHANUM Strothius, Gothæ, 1782.

Horum quicquid afferebant editiones, diligentissimè congessit J. A. Jacobsius, in Theocriti editione quam emisit Halis, 1824. Idem de Collationibus MSS. Theocriti, impensâ J. A. G. Weigelii factis, mentionem fecit, p. CLV, dubitabundus tamen. Equidem, a GAISFORDIO de his collationibus certior factus, ad Weigelii filium literas dedi, qui mihi se has collationes penes se Lipsiæ etiamnum servare rescripsit, quod commemorandum duxi sperans fore ut aliquis in Germaniâ oriatur cui harum in lucem edendarum cura contingat.

ANGLICANI.

Hos qui sequuntur Codices ipse oculis usurpavi: vide quæ jam in Præfatione diximus. Non tacenda sunt a me nomina literatissimorum Virorum BULKELEY BANDINEL S. T. P. et JOANNIS HOLMES, quorum eximiam hu-

manitatem expertus sum; hujus, cum Musei Britannici, illius vero, cum Bodleianos Codices evolverem.

Baroccian.—Codex Bibl. Bodl. 109. continet octo Idyllia; chartaceus, cum Scholiis Græcis. (Alterum Baroccianum, 216, contulit Wartonus. Tom. II. p. 362.)

Burn.—Codex olim Caroli Burneii, S. T. P. nunc vero Musei Britannici; folio, 109. CLXI. D. Chartaceus; habet nomen IO · CAR · SALVIATIS in primâ libri paginâ: continet Idyllia XV.

Butler.—Codex olim Viri Reverendissimi Samuelis Butleri, S. T. P. Episcopi Lichfieldiensis, nunc vero Musei Britannici MSS. Butler. II. 885. Membranaceus, optime scriptus, cum glossis (vide quæ annotavi ad I. 20); continet Idyllia I—VIII. Vide supra p. iii.

Canonician.—Codex olim Abbatis Canonici Veneti, nunc vero Bibl. Bodl. Canon. 86. continet Idyllia I—XVIII. cum Scholiis brevibus. Vide quæ in Præfatione diximus, p. iv.

Cant.—Codex Cantabrigiensis, X. 594. Dd. 10. 42. chartaceus, cum Scholiis. Continet Idyllia XVIII: vide Præfationem nostram, p. iii.

Emman.—Codex Emman. Coll. apud Cantabrigienses MSS. I. 2. 11. Chartaceus: continet Idyllia VII. et VIII: sed mutila. Vide ad VIII. 51.

Harl.—Codex olim Bibliothecæ Harleianæ nunc vero Musei Britannici, Harl. 5691. Chartaceus, cum Scholiis Græcis; continet Idyllia I, II, III, IV, V, excepto versu v[ti] ultimo. Vide supra p. iii.

Laudian.—Codex olim Viri Summè Reverendi Gulielmi Laud, S. T. P. Archiepiscopi Cantuariensis; nunc Bibl. Bodl. 731: continet octo Idyllia. Insunt quoque Eurip. Hecuba et Phœnissæ, Sophoclis Ajax, Electra, Œd. Tyr., Hesiodi Opera et Dies, Pindari Olympia, Homeri Iliadis Lib. I. et pars II[di]: omnia cum Scholiis. Vide supra p. iv.

Phillipps.—Codex Viri honorabilis Thomæ Phillipps Baronetti de *Middlehill* in agro Worcestrensi. Chartaceus, continet Theocriti Idyllia I—XVI, exceptis XIV. et XV. Habet etiam Moschi Epitaph. Bionis, et Musæi Carmen de Herone. Vide supra p. iii.

EDITIONES.

Uberiorem Editionum Theocriti notitiam dedit J. A. JACOBS in Præfatione ad Theocritum Halis, 1824, XIII. sqq.

Med.—Mediolanensis fol. continet folia XXXI. sine præfatione, titulo, colophone. Ejus exemplar describo quod in Bibliothecâ Bodleianâ evolvi: neque mirarer admodum, si alia ejusdem libri exemplaria huic descriptioni non ad amussim responderent. Fusè de eâ disseruit Ebertus (*Allgemeines Bibliographisches Lexicon* I. p. 937) qui circiter annum 1481 eam prodiisse putat: alii ad annum 1493 detrudunt.

Ald.—Aldina, 1495. Nobilissimum ejus extat exemplar in Museo Britannico, olim Regis Georgii III. Hujus editionis exemplaria multum inter se variant, eò quòd Aldus Manutius, nactus, ut videtur, quum editionem Mediolanensem, tum vero Codices suis meliores, multa folia in locum minus emendatorum emendatiora subinde suffecerit. Unde de geminâ Editione Aldinâ Editores aliquoties loquuntur. Vide J. A. Jacobsii Præfationem, p. XXXI. et LXXIV.

Junt.—Juntina in ædibus Philippi Juntæ Flor. 1515, cujus item extat exemplar in Mus. Brit. Vide infra ad Idyll. XXI. 58.

Call.—Calliergi, Romæ, 1516. Vide infra ad Idyll. XXI. 58.

Paris.—Apud Egidium Gourmont: Exemplar extat in Mus. Brit. sine anni notâ; sed cum Aldinâ secundâ semper, credo, conspirat.

DE GENERE THEOCRITI

ET

DE BUCOLICIS CARMINIBUS.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΓΕΝΟΣ.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΣ, ὁ τῶν Βουκολικῶν ποιητὴς, Συρακούσιος ἦν τὸ γένος, [a]πατρὸς Σιμιχίδου, ὡς αὐτὸς φησὶ,

Σιμιχίδα, [b]πᾶ δὴ τὺ μεσαμέριον πόδας ἕλκεις;

Ἔνιοι δὲ τὸ [c]Σιμιχίδα ἐπώνυμον εἶναι λέγουσι· δοκεῖ γὰρ σιμός τις τὴν πρόσοψιν εἶναι, πατέρα δὲ ἐσχηκέναι Πραξαγόραν, καὶ μητέρα Φιλίνναν. Ἀκουστὴς δὲ γέγονε [d]Φιλητᾶ, καὶ [e]Ἀσκληπιάδου, ὧν μνημονεύει· ἤκμασε [f]δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ Πτολεμαίου τοῦ ἐπικληθέντος Λάγου. [g]Περὶ δὲ τὴν τῶν Βουκολικῶν ποίησιν εὐφυὴς γενόμενος πολλῆς δόξης ἐκ τούτων ἐπέτυχε· κατὰ γοῦν τινὰς Μόσχος καλούμενος Θεόκριτος ἐπεκλήθη.

[a] υἱὸς Vat. 5. [*Collationes cum MSS. Vaticanis fecit Sanctamandus.*]

[b] ποῦ Vat. 2. σὺ V. 3. 4. τὸ μεσαμβρινὸν Vat. 5. πόδα V. 2. μεμέριον πόδα Call.

[c] Σιμιχίδης V. 3. 5. δὲ pro γὰρ Vat. 2. Mox Φιλίνναν Vat. 6. Olim Φιλίναν.

[d] φιλιτάδου V. 4. sed φιλήτα V. 2. φιλητᾶ V. 3. 5. Colb. φιλατᾷ Call.

[e] Ἀσκληπιάδους V. 2. ὡς Ἀσκληπιάδης μν. MS. Tolet. ap. Schott. Obs. Hum. p. 99.

[f] κατὰ Πτολεμαῖον τὸν ἐπικληθέντα Λαγὼν V. 2. κατὰ τὸν Πτολεμαῖον τὸν ἐπικληθέντα λαγωόν Call.

[g] καὶ περὶ V. 4. Posteriora sic habet Vat. 5. εὐφυὴς δὲ γενόμενος περὶ τὴν τῶν βουκολικῶν ποίησιν τοὺς πάντας νικήσας σχεδὸν πολλῆς δόξης ἔτυχε· Μόσχος οὖν καλούμενος Θεόκριτος ὕστερον ὠνομάσθη. ὠνομάσθη etiam Colb.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΟΥ ΚΑΙ ΠΩΣ ΕΥΡΕΘΗ ΤΑ ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ.

Τὰ Βουκολικὰ φασὶν ἐν [h]Λακεδαίμονι εὑρεθῆναι καὶ περισσῶς προκοπῆς τυχεῖν· τῶν γὰρ Περσικῶν ἐνεστώτων ἔτι, καὶ φόβῳ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ταρασσόντων, [i]ἐνέστη ἑορτὴ Ἀρτέμιδος Καρυάτιδος· τῶν δὲ παρθένων [k]ἀποκεκρυμμένων διὰ τὴν ἐκ τοῦ πολέμου ταραχὴν, ἀγροῖκοί τινες εἰσελθόντες εἰς τὸ ἱερὸν ἰδίαις ᾠδαῖς τὴν Ἄρτεμιν ὕμνησαν· τῆς δὲ τούτων ξένης μούσης ἀρίστης γενομένης, παρέμεινε τὸ ἔθος καὶ [l]ἐφυλάχθη. Ἄλλοι δὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἐν Τυνδαρίδι τῆς Σικελίας πρῶτον [m]ἀχθῆναι λέγουσι τὰ Βουκολικά. Ὀρέστῃ γὰρ ἐκκομίζοντι τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ξόανον ἐκ Ταύρων τῆς Σκυθίας χρησμὸς ἐξέπεσεν, ἐν ἑπτὰ ποταμοῖς ἐκ μιᾶς πηγῆς ῥέουσιν ἀπολούσασθαι· ὁ δὲ, πορευθεὶς εἰς Ῥήγιον τῆς [n]Ἰταλίας, τὸ [o]ἄγος ἀπενίψατο ἐν τοῖς λεγομένοις [p]διαχώροις ποταμοῖς· ἔπειτα εἰς Τυνδαρίδα τῆς Σικελίας ἦλθεν· οἱ δὲ ἐπιχώριοι τὴν [q]θεὸν ἰδίοις [r]ᾄσμασιν [s]ἀνυμνήσαντες, ἔθει τὴν πρώτην [t]παρέδωκαν εὕρεσιν. Ὁ δὲ ἀληθὴς λόγος [u]τοιοῦτος. Στάσεως ποτὲ γενομένης ἐν Συρακούσαις, καὶ πολλῶν πολιτῶν [x]φθαρέντων, εἰς ὁμόνοιαν τοῦ πλήθους λοιπόν ποτε [y]ἐλθόντος, ἔδοξεν Ἄρτεμις αἰτία γεγονέναι τῆς διαλλαγῆς· [z]οἱ δὲ ἀγροῖκοι, τούτου χάριν δῶρα κομίσαντες,

[h] Λακεδαιμονία Vat. 1. 2. 3. 4. 5.
[i] ἀνέστη V. 2.
[k] κεκρυμμένων V. 5. Mox ξένης om. Call.
[l] ἐφυλάσσετο V. 1. 2. ἐν Τυνδαρίδι—Βουκολικά om. Vat. 1.
[m] F. ᾀσθῆναι Schæfer. πρῶτον om. Call.
[n] Σικελίας Vat. 3.
[o] ἄλγος Vat. 4. 5.
[p] διαφόροις Vat. 2. 5.
[q] θεὰν V. 3. 4. 5.
[r] ποιήμασι V. 3. 4. 5.
[s] Sic MSS. et Call. ol. καθυμνήσαντες.
[t] παρέδοσαν V. 2. 3. 4. 5.
[u] οὗτος V. 2. 3. 4. 5.
[x] διαφθαρέντων V. 2.
[y] εἰσελθόντες V. 3. 5. συνελθόντος V. 4. ποτε om. Call.
[z] Sic legitur in Call. οἱ δὲ ἀγροῖκοι δῶρον ἐκόμισαν, καὶ τὴν θεὸν γεγηθότες ἀνύμνησαν, ἔπειτα δὲ ταῖς ἀγροίκοις ᾠδαῖς τόπον ἔδοσαν συνήθη. Similiter

γεγηθότες ὕμνησαν τὴν θεὰν διὰ τῶν συνήθων αὐτοῖς ἀγροικικῶν ᾠδῶν· καὶ οὕτως ἔλαθεν ἔθος γενέσθαι κἂν τοῖς ἐφεξῆς.

ΠΕΡΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΤΩΝ ΒΟΥΚΟΛΙΚΩΝ.

Τὰ [a]Βουκολικὰ ἔχει διαφορὰν τὴν τῶν ποιημάτων ἐπιγραφήν· καὶ γὰρ Αἰπολικά ἐστι, καὶ Ποιμενικὰ, καὶ Μικτά. Τὴν μέντοι ἀπὸ τῶν βοῶν [b]εἴληφεν ἐπιγραφὴν, ὡς ἀριστεύοντος τοῦ ζώου· διὸ καὶ Βουκολικὰ εἴρηται πάντα. Λέγεται δὲ Βουκόλος παρὰ τὸ τὰς βόας ἐλαύνειν, ἢ ἀπὸ τοῦ τὰς βόας κωλύειν ἀτιμαγελώσας, ἢ τῶν βοῶν κορεῖν καὶ ἐπιμελεῖσθαι, τροπῇ τοῦ ἀμεταβόλου εἰς ἀμετάβολον. Αἴδειν δὲ φασὶν αὐτοὺς [c]ἄρτον ἐξηρτημένους, θηρίων ἐν ἑαυτῷ τύπους ἔχοντα, καὶ πήραν πανσπερμίας ἀνάπλεων, καὶ [d]οἶνον ἐν αἰγείῳ ἀσκῷ, σπονδὴν νέμοντας τοῖς ὑπαντῶσι, στέφανόν τε περικεῖσθαι, καὶ κέρατα ἐλάφων [e]προσκεῖσθαι, καὶ μετὰ χεῖρας ἔχειν λαγωβόλον· τὸν δὲ νικήσαντα λαμβάνειν τὸν τοῦ νενικημένου ἄρτον· κἀκεῖνον μὲν ἐπὶ τῆς τῶν Συρακουσίων μένειν πόλεως, τοὺς δὲ νενικημένους εἰς τὰς περιοικίδας χωρεῖν [f]ἀγείροντας ἑαυτοῖς τὰς τροφάς· διδόναι δὲ καὶ ἄλλα τινὰ παιδιᾶς καὶ γέλωτος ἐχόμενα, καὶ εὐφημοῦντας ἐπιλέγειν,

Δέξαι τὰν ἀγαθὰν τύχαν, δέξαι τὰν ὑγίειαν,
Ἂν φέρομεν παρὰ τᾶς θεοῦ, ἂν ἐκαλέσσατο τήνα.

MSS. Vat. nisi quod δῶρα V. 1. 2. 3. 4. *θεὰν* 3. 5. *θεαν* (ον suprasc.) 4. *καθύμνησαν* V. 1. 2. *φωναῖς* V. 5. *τόπον ἔδωκαν τὴν συνήθειαν* V. 3. *καὶ συνήθειαν* 4. 5. et sic suprasc. in 2.

[a] *τὰ δὲ β.* V. 2. 3. Mox *τῆς—ἐπιγραφῆς* Vat. 4. *ὑπογραφῆς* Vat. 5.

[b] *εἰλήφασιν* Vat. 3. 4. 5. Mox *ὡς* om. Vat. 4. *κρατιστεύοντος* Vat. 4. 5.

[c] *ἄρτους* V. 1. *ἔχοντας* V. 4. 5.

[d] *καὶ τόπους ἐρήμους περιέρχεσθαι καὶ οἶνον φέρειν ἐν α. ἀ.* V. 4. *νέμοντα* V. 5.

[e] *προκεῖσθαι* V. 5. Vocem om. V. 4.

[f] *ἀγείροντας*, quod conj. Schæferus, dedi ex Vat. 5. Vulgo *ἀγείραντας*. Mox *ᾆδειν* pro *διδόναι* Schæferus.

ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ ΕΠΙ ΤΗι ΑΘΡΟΙΣΕΙ ΤΩΝ ΒΟΥΚΟΛΙΚΩΝ ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ.

Βουκολικαὶ Μοῖσαι σποράδες πόκα, νῦν δ' ἅμα πᾶσαι
'Εντὶ μιᾶς μάνδρας, ἐντὶ μιᾶς ἀγέλας.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΑΥΤΟΥ ΒΙΒΛΟΝ.

Ἄλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος, ὃς τάδ' ἔγραψα,
Εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ Συρηκοσίων·
Υἱὸς Πραξαγόραο, περικλειτῆς τε Φιλίννης,
Μοῦσαν δ' ὀθνείην [g]οὔποτ' ἐφειλκυσάμην.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΒΟΥΚΟΛΙΚΩΝ ΕΠΙΓΡΑΦΗΣ.

Θεοκρίτου εἰδύλλια Βουκολικά. 'Ιστέον ὅτι Εἰδύλλιον λέγεται τὸ μικρὸν ποίημα, ἀπὸ τοῦ Εἶδος, ἡ θεωρία· [h]οὐκ Εἰδύλλιον παρὰ τὸ Εἴδω (ἥδω), τὸ εὐφραίνω. Ἄλλως. Εἰδύλλιον λέγεται, ὅτι εἶδός ἐστιν ὁποῖόν ἐστι λόγος· (An ὁ ποιὸν εἶδός ἐστι λόγου ?) ὑποκοριστικῶς λέγεται Εἰδύλλιον.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΠΟΙΗΣΕΩΣ ΧΑΡΑΚΤΗΡΩΝ.

Πᾶσα ποίησις τρεῖς ἔχει χαρακτῆρας, διηγηματικὸν, δραματικὸν, καὶ μικτόν. Τὸ δὲ Βουκολικὸν ποίημα μίγμα ἐστὶ παντὸς εἴδους, καθάπερ [i]συγκεκραμένον· [k]διὸ καὶ χαριέστα-

[g] οὔ τιν' Vat. 1. 2. 5. 6. οὔ τιν' ἐπεκτησάμην Vat. 3. ὀθνείαν — ἐφελκυσάμαν Anth. Vat.

[h] οὐκ ἠδύλλιον παρὰ τὸ ἥδω τὸ εὐφραίνομαι Taur. Colb. εἰδύλλια λέγονται ἀπὸ τοῦ εἴδω τὸ ὁμοιῶ· ἐοικότες γὰρ τοῖς προσώποις εἰσιν οἱ λόγοι Vat. 2. In fine δὲ εἴρηται pro λέγεται Call.

[i] συγκεκρατημένον Vat. 3.

[k] διὸ καὶ χαριὲν ἢ χαριέστερον Vat. 1. et mox φύσεως, χαριέστερον Colb.

τον τῇ ποικιλίᾳ τῆς φράσεως, μᾶλλον δὲ τῆς κράσεως, ποτὲ μὲν συγκείμενον ἐκ διηγηματικοῦ, ποτὲ δὲ ἐκ δραματικοῦ, ποτὲ δὲ ἐκ μικτοῦ, ἤγουν διηγηματικοῦ καὶ δραματικοῦ, ὁτὲ δὲ ὡς ἂν τύχῃ. Εἰς ὅσον δ' οἷόν τέ ἐστιν, [l]αὕτη ἡ ποίησις τὰ τῶν ἀγροίκων ἤθη ἐκμάσσεται, τερπνῶς πάνυ τοὺς τῇ ἀγροικίᾳ σκυθρωποὺς τὸν βίον χαρακτηρίζουσα. ἐκπέφευγε δὲ καὶ τὸ ἄγαν ἁδρὸν καὶ ὑπέρογκον τῆς ποιήσεως.

ὙΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

Αὕτη ἡ ὑπόθεσις εἰς Δάφνιν γράφεται, ὃς διὰ μὲν τούτου τοῦ εἰδυλλίου τέθνηκε, διὰ δὲ τοῦ ἑξῆς ὡς ζῶντος αὐτοῦ μνημονεύει· ὅμως τοῦτο προτέτακται, διὰ τὸ χαριέστερον καὶ τεχνικώτερον τῶν ἄλλων μᾶλλον συντετάχθαι· καὶ Πίνδαρος (Ol. VI. 3), Ἀρχομένου δ' ἔργου, φησὶ, πρόσωπον χρὴ θέμεναι τηλαυγές. Ἔστι δὲ ἀμοιβαῖον καὶ δραματικώτερον, μὴ [m]ὑποκειμένου τοῦ ποιητικοῦ προσώπου. Τὰ μὲν πράγματα διάκειται ἐν Σικελίᾳ· ποιμὴν δέ τις εἰσάγεται πρὸς αἰπόλον διαλεγόμενος, οὗ τὸ ὄνομα οὐκ ἔστι γνωστόν. Ἄλλως. Ἐν τούτῳ τῷ εἰδυλλίῳ διαλέγονται πρὸς ἀλλήλους Θύρσις ποιμὴν, καὶ Αἰπόλος, ἤτοι Μενάλκας, ἢ καὶ Κομάτας. Ἀγνοεῖται δὲ τὸ τοῦ Αἰπόλου ὄνομα.

Δωρίδι καὶ Ἰάδι διαλέκτῳ χρῆται ὁ Θεόκριτος, μάλιστα δὲ ἀνειμένῃ καὶ χθαμαλῇ Δωρίδι παρὰ τοῦ [fortasse τὴν τοῦ] Ἐπιχάρμου καὶ Σώφρονος· οὐ μὴν ἀπολιμπάνεται καὶ Αἰολίδος. Ἄλλως. Ἰστέον ὅτι ὁ Θεόκριτος Δωρίδι διαλέκτῳ κέχρηται τῇ νέᾳ· δύο γάρ εἰσι, παλαιὰ, καὶ νέα· καὶ ἡ

[l] αὕτη ἡ ποίησις om. V. 1. 3. 5. Eorum loco καὶ in Colb. Adduntur ibid. ante ἐκπέφευγε. εἴδη pro ἤθη V. 5.

[m] ὑποδεικνυμένου V. 1. 4. 5. 6. Taur. et mox quidam προσώπου τοῦ ποιητοῦ.

μὲν παλαιὰ [n]τραχεῖά τίς ἐστι· ἡ δὲ νέα, ᾗ καὶ Θεόκριτος χρᾶται, μαλθακωτέρα καὶ εὐκολωτέρα.

Ἀπορία. Πῶς Βουκολικὰ ὑπεγράφησαν, μὴ ὄντων ὅλων Βουκολικῶν, ἀλλὰ καὶ ποιμενικῶν καὶ αἰπολικῶν; Λύσις. Ἐκ τοῦ κρείττονος μέρους ταῦτα τῶν τετραπόδων ὑπέγραψαν.

Πῶς οὐχ ὑπογράφονται ταῦτα τὰ ποιήματα Διάλογοι· (διαλέγεται γὰρ ἔν τισι [o]τούτων πρόσωπα·) ὡς καὶ τὰ τοῦ Λουκιανοῦ; Οὐκ ἤθελεν ὁ ποιητὴς θεῖναι ἀλλοίας καὶ ἀλλοίας ἐπιγραφὰς, ἀλλὰ μίαν ἁρμόζουσαν πᾶσι τοῖς ποιήμασιν αὐτοῦ. Εἶδος γὰρ λόγου ἐστὶ καὶ τὸ διηγηματικὸν, καὶ τὸ δραματικὸν, καὶ τὸ μικτόν· καὶ διὰ τοῦτο ὑπεγράφησαν εἰδύλλια.

Πῶς οὐχ [p]ὑπεγράφη ἐν τῷ εἰδυλλίῳ τούτῳ τὸ τοῦ αἰπόλου ὄνομα, ἀλλὰ τοῦ ποιμένος; Διὰ τὸ μέλλειν παρεισαχθῆναι τὸν ποιμένα κρειττόνως τῇ καλάμῃ φθεγγόμενον.

Ἰστέον ὅτι ὁ Θεόκριτος ἐγένετο ἰσόχρονος τοῦ τε Ἀράτου, καὶ τοῦ Καλλιμάχου, καὶ τοῦ Νικάνδρου[q]· ἐγένετο δὲ ἐπὶ τῶν χρόνων Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου.

Περὶ τῆς ἐπιγραφῆς τοῦ παρόντος εἰδυλλίου. Θεοκρίτου, Θύρσις, ἢ Ὠδὴ τουτέστιν, ὁ βουλόμενος Θύρσιν ἐπιγραφέτω, ἢ Ὠδήν. Θύρσις μὲν γάρ ἐστιν ὁ ποιμὴν ὁ αὐλῶν, Ὠδὴ δὲ τὸ μέλισμα τὸ φθεγγόμενον.

[n] τραχεῖά τ. ε. καὶ οὐκ εὐνόητος Vat. 3. καὶ ἀνόητος Taur. Colb. καὶ ὑπέρογκος Vat. 4. Mox κέχρηται Vat. 4.

[o] τούτων ex Vat. 2. 5. Colb. additum. Mox ὑπογραφὰς Vat. 2. 4. καὶ ἀλλοίας desunt in quibusdam MSS.

[p] ἐπεγράφη Colb.

[q] Item Apollonii Rhodii, Lycophronis, Philici tragici, qui propter numerum septenarium *Pleias* sunt nominati (Arg. Gr. apud Fritz. p. 4).

ΘΥΡΣΙΣ Η ΩΙΔΗ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ α΄.

ΘΥΡΣΙΣ ΠΟΙΜΗΝ ΚΑΙ ΑΙΠΟΛΟΣ.

ΘΥΡΣΙΣ.

Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς, αἰπόλε, τήνα,
Ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται· ἁδὺ δὲ καὶ τὺ
Τυρίσδες· μετὰ Πᾶνα τὸ δεύτερον ἆθλον ἀποισῇ.
Αἴκα τῆνος ἕλῃ κεραὸν τράγον, αἶγα τὺ λαψῇ·
Αἴκα δ' αἶγα λάβῃ τῆνος γέρας, ἐς τὲ καταῤῥεῖ
Ἁ χίμαρος, χιμάρῳ δὲ καλὸν κρέας, ἔστε κ' ἀμέλξῃς.

ΑΙΠΟΛΟΣ.

Ἅδιον, ὦ ποιμάν, τὸ τεὸν μέλος, ἢ τὸ καταχὲς
Τῆν' ἀπὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὑψόθεν ὕδωρ·
Αἴκα ταὶ Μῶσαι τὰν οἴϊδα δῶρον ἄγωνται,
Ἄρνα τὺ σακίταν λαψῇ γέρας· αἰ δέ κ' ἀρέσκῃ
Τήναις ἄρνα λαβεῖν, τὺ δὲ τὰν ὄϊν ὕστερον ἀξῇ.

1 Citat Georg. Chœrob. p. 326, 3, ed. Gaisf.

2 ἁδὺ δὲ καὶ τὺ Συρίσδες citat Georg. Chœrob. p. 479, 9; et 496, 3.

5 Brunckius parum recte τυ, quod in accusativo casu Theocrito encliticum est, ut τὶν nunquam encliticum; cæterum τὲ *te* in hoc tantum loco legitur apud Theocritum nisi adjungas v. 82, ubi vide Scholia et Valcken. Sed recte hic legi τὲ et codices arguunt et Apollon. Dyscol. de pronomine, p. 366. Vide Schæfer ad Greg. Cor. de dial. Æolic. § XLIII. καταῤῥεῖ, cp. Horat. 1 Od. XXVIII. 28, Multaque merces Unde potest, tibi *defluat* æquo A Jove.

6 κρέας recte pro vulgato κρῆς quod exhibent Harl. Butler. Burn. Cant. dedit Valckenærius et recepit Gaisfordius. Vide quæ supra in Præfatione diximus p. xii et infra v. 140; IX. 25, et κρέας legisse videtur Scholiastes. Meineke κρῆς.

10 Quod in codice saltem uno αἴκα δ' ἀρέσκῃ invenitur ne cui genuinum videatur meminerit αἴκα ultimam semper producere, quod monuit Valckenærius.

ΘΥΡΣΙΣ.

Λῆς, ποτὶ τᾶν Νυμφᾶν, λῆς, αἰπόλε, τᾷδε καθίξας,
Ὡς τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον αἵ τε μυρίκαι,
Τυρίσδεν; τὰς δ' αἶγας ἐγὼν ἐν τῷδε νομευσῶ.

ΑΙΠΟΛΟΣ.

Οὐ θέμις, ὦ ποιμάν, τὸ μεσαμβρινὸν οὐ θέμις ἄμμιν
Τυρίσδεν· τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες· ἦ γὰρ ἀπ' ἄγρας
Τανίκα κεκμακὼς ἀμπαύεται· ἐντὶ δὲ πικρός,
Καί οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται.
Ἀλλὰ τὺ γὰρ δή, Θύρσι, τὰ Δάφνιδος ἄλγεα εἶδες,
Καὶ τᾶς βωκολικᾶς ἐπὶ τὸ πλέον ἵκεο μώσας,
Δεῦρ' ὑπὸ τὰν πτελέαν ἑσδώμεθα, τῶ τε Πριήπω
Καὶ τᾶν Κρανιάδων κατεναντίον, ᾇπερ ὁ θῶκος
Τῆνος ὁ ποιμενικὸς καὶ ταὶ δρύες· αἰ δέ κ' ἀείσῃς,
Ὡς ποκα τὸν Λιβύαθε ποτὶ Χρόμιν ᾆσας ἐρίσδων,

12 Λῆς—αἰπόλε citat Chœrob. 173, 4. τῆδε Cant.

13 "ὡς est *ubi* ut Latinum *ut* Catull. XI. 3; XVII. 10, et infra v. 101," J. W. γεόλοφον Phillipps. ᾇτε Burn. ἇτε Butler. Cant. ἅτε Harl.

16 δεδοίκομες. Syracusanam formam ex Heinsii conjecturâ restitui. Volebat Valck. "permulta enim in his carminibus superesse vitia codicibus qui feruntur antiquiora."

17 κεκμακῶς Burn. Butler. Cant. κεκμαὼς Harl. ἐντίγε Burn. Butler. Harl. Cant.

19 ἄλγε' ἄειδε Phill. Cant. et Harl. ἄλγεα εἶδε Cod. Butler. sed Codd. plurimi apud Gaisford. et Gail. ἄλγε' ἄειδες *dolores cantabas*, fortasse recte. Primus Iunta dedit ἄλγεα εἶδες quod in quibusdam MSS. teste Gailio reperitur.

20 αδπλους (*i.e. ad plus*) in margine Codex Butlerianus ut sequenti versu ουλμουμ (*i.e. ulmum*) glossarum loco ad τὸ πλέον et πτελέαν. Hæ glossæ antiquâ manu sed sine accentuum notis scriptæ Codicem hunc, in Museum Britannicum nuper illatum, qui membranaceus est et optime exaratus, Itali cujusdam ἑλληνίζοντος manibus usurpatum fuisse indicant. Alias hujusmodi glossas ex eodem Codice locis suis infra allaturi sumus. πνέον pro πλέον Codex humanissimi et ornatissimi Viri D. Thomæ Phillipps Baronetti, quem ex Bibliothecâ Meermanmanâ, in locupletissima ejus Codicum Manuscriptorum suppellectile translatum, liberalissimo hospitio exceptus evolvi.

22 "Codices multi Κρανίδων metro pessumdato, de quo genere errorum et de promiscuo usu formarum in ις et ιας vide Valck. ad h. l. et Blomfield ad Æschyl. Pers. 956." J. W.

24 F. C. Matthiæ Λιλύβαθε. Sed vulgata minime solicitanda. '*Pastores Libyæ*' satis noti ex Virgil. Georg. III. 339 et Homer. Odyss. IV. 85, quibuscum conferri potest S.

Αἶγά τέ τοι δωσῶ διδυματόκον ἐς τρὶς ἀμέλξαι,
Ἃ δύ' ἔχοισ' ἐρίφως ποταμέλξεται ἐς δύο πέλλας,
Καὶ βαθὺ κισσύβιον, κεκλυσμένον ἁδέϊ καρῷ,
Ἀμφώες, νεοτευχές, ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον·
Τῶ περὶ μὲν χείλη μαρύεται ὑψόθι κισσός,
Κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκονισμένος· ἁ δὲ κατ' αὐτὸν
Καρπῷ ἕλιξ εἱλεῖται ἀγαλλομένα κροκόεντι.
Ἔντοσθεν δὲ γυνά, τὶ θεῶν δαίδαλμα, τέτυκται,
Ἀσκητὰ πέπλῳ τε καὶ ἄμπυκι· πὰρ δέ οἱ ἄνδρες
Καλὸν ἐθειράζοντες ἀμοιβαδὶς ἄλλοθεν ἄλλος
Νεικείουσ' ἐπέεσσι· τὰ δ' οὐ φρενὸς ἅπτεται αὐτᾶς.
Ἀλλ' ὁκὰ μὲν τῆνον ποτιδέρκεται ἄνδρα γελεῦσα,
Ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τὸν ῥιπτεῖ νόον· οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος
Δηθὰ κυλοιδιόωντες ἐτώσια μοχθίζοντι.
Τοῖς δὲ μέτα γριπεύς τε γέρων πέτρα τε τέτυκται
Λεπράς, ἐφ' ᾇ σπεύδων μέγα δίκτυον ἐς βόλον ἕλκει
Ὁ πρέσβυς, κάμνοντι τὸ καρτερὸν ἀνδρὶ ἐοικώς·
Φαίης κεν γυίων νιν ὅσον σθένος ἐλλοπιεύειν·
Ὧδέ οἱ ᾠδήκαντι κατ' αὐχένα πάντοθεν ἶνες,
Καὶ πολιῷ περ ἐόντι· τὸ δὲ σθένος ἄξιον ἅβας.

Joan. Chrysostom. ad Rom. XV. T. III. p. 225, ed. Savil. deinde Λιβυκὸν κνάκωνα infra III. 5.

27 De his videndus Monk. Alcest. 766. κεκλεισμένον Phillipps. qui Codex etiam ὑγρόθι præbet.

28 Citat Mar. Victor. p. 157, ed. Gaisford.

30 ad κεκονισμένος habet μιξτους (*i.e. mixtus*) Cod. Butler.; *hedera helichryso, quasi pulvere, leviter conspersa.*

32 Vide XV. 79. Codices Burn. Harl. Cant. Butler. habent ἔντοσθεν et τις. τις θεῶν item plerique Gaisfordiani et Laudianus: sed θ et σθ (*i.e.* ꝺ et σ϶) sæpissime a librariis permutari nemo nescit; vide ad II. 46; X. 35. Sic pro ἐπαίσθην Æschyl. Choeph. 182 Libri ἐπαίθην; lectio τι in Scholiis memoratur. Vide de sensu ad v. 106, et XV. 79. ἔντοσθεν Virgilii est IN MEDIO *duo signa, Conon* Ecl. III. 40, neque debebat solicitari.

33 Cod. Butler. habet ορνατα (*ornata*) ad ἀσκητά, et ad ἄμπυκι, ρουτικουλουμ (*reticulum*).

36 γελῶσα Butler.

38 κυλοιδιόωντες *oculis tumentibus* præ amore Ruhnken ad Tim. p. 169.

39 Citat Mar. Victor. p. 157 καὶ πέτρα.

Τυτθὸν δ' ὅσσον ἄπωθεν ἁλιτρύτοιο γέροντος
Πυρναίαις σταφυλαῖσι καλὸν βέβριθεν ἀλωά·
Τὰν ὀλίγος τις κῶρος ἐφ' αἱμασιαῖσι φυλάσσει
Ἥμενος· ἀμφὶ δέ μιν δύ' ἀλώπεκες, ἃ μὲν ἀν' ὄρχως
Φοιτῇ σινομένα τὰν τρώξιμον, ἃ δ' ἐπὶ πήραν
Πάντα δόλον τεύχοισα, τὸ παιδίον οὐ πρὶν ἀνήσειν
Φατί, πρὶν ἢ ἀκράτιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ.
Αὐτὰρ ὅγ' ἀνθερίκεσσι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήκαν,
Σχοίνῳ ἐφαρμόσδων· μέλεται δέ οἱ οὔτε τι πήρας,
Οὔτε φυτῶν τοσσῆνον, ὅσον περὶ πλέγματι γαθεῖ.

46 ad πυρναίαις habet ματουρις (*i.e. maturis*) Butler. Cp. Homer. Iliad. Σ. 561, σταφύλῃσι μέγα βρίθουσαν ἀλωὴν, καλὴν, χρυσείην, μέλανες δ' ἀνὰ βότρυες ἦσαν.

47 ἐφ' Butler. Burn. ὑφ' Bodlei. Vide ad VII. 22.

48 ἀλώπεκ' pro ἀλώπεκες Laudian.

51 πρὶν ἢ ἀκράτιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ. Sic Codices plurimi. Eadem habet Cod. Cant. καθιξεὶ Cod. Butler. καθιξέν Harl. καθίξῃ Laud. Burn. qui v. 49 habet κεύθοισα in margine. ἀκράτιστον omissa ἢ, et κάθιξεν cum suprascriptâ καθίξειν Canon. Locum ex aliquâ saltem parte bene explicuisse videtur Scholiastes, τὸ παιδίον οὐ πρότερον ἐάσειν φησι πρὶν ἂν καθίσῃ αὐτὸν ἐπὶ τοῖς ξηροῖς, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τοῖς κενοῖς, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀνύδρων τόπων. Hæc etiam præbent Codd. Cant. et Phill. Verbum καθίζειν *redigendi* et *destituendi* sensu positum habet Xenophon Sympos. III. 11 κλαίοντας καθίξειν, Plat. Theæt. p. 146 A καθεδεῖται ὄνος, et simili significatione Thucyd. I. 109 τὰς ναῦς ἐπὶ ξηροῦ ἐποίησεν ubi videnda sunt quæ citat Poppo: quin et lucem sibi ipse affundit Theocritus XVI. 12, ἔνθ' αὖῃ σφισιν ἕδρα, ἐπὰν ἄπρακτοι ἵκωνται. Vide etiam de καθίζειν Hesiod. O. et D. 748, cum Goettlingii notâ et Theogn. 1281, ed. Bekker. Ovid. Fast. III. 52, *In* SICCA *pueri* DESTITUUNTUR *humo*.

De cæteris nunc videamus. Ἀκρατισμὸς (ab ἄκρατος, *meracus*) matutinus est rusticorum cibus, buccellâ constans vino meraco intinctâ. Vide Schol. et Theon. ap. Plutarch. Sympos. VIII. 60. Si dempseris meracum, cibus fit miserrima ξηροφαγία. Inde proverbium ortum καθίζειν ἀκράτιστον ἐπὶ ξηροῖς; Anglice dicas *to reduce one, whose meal is a winesop, to a mere dry crust*; hanc interpretationem firmat Scholiastes πρὶν ἢ τοῦ ἀκρατισμοῦ ξηρὸν ποιήσει. Hoc igitur Poëta voluit. Vulpes nullam non artem adhibet, πάντα δόλον τεύχει, negat se desiturum esse, quin, cibis esculentis e pera subreptis ad siccitatem puerum redegerit.

52 Sex Codices habent ἀκριδοθήκαν, ut et tres Codices Longi Pastor. p. 9. Villoison. perperam. Nam in eo lepor est, quòd ὁ θηρῶν ἀκρίδας ipse a vulpe θηρεύεται. ἀκριδοθήραν Cant. Harl. Butler. qui ad ἀνθερίκεσσι habet καλαμις (*calamis*).

53 Σχοίνῳ πλέκει. Huc respicere videtur S. Hieronymus, Præfat. ad Job, 'Si fiscellam junco texerem.'

Παντᾶ δ' ἀμφὶ δέπας περιπέπταται ὑγρὸς ἄκανθος·
Αἰολικόν τι θάημα· τέρας κέ τυ θυμὸν ἀτύξαι.
Τῷ μὲν ἐγὼ πορθμεῖ Καλυδωνίῳ αἶγά τ' ἔδωκα
Ὦνον, καὶ τυρόεντα μέγαν λευκοῖο γάλακτος·
Οὐδέ τί πα ποτὶ χεῖλος ἐμὸν θίγεν, ἀλλ' ἔτι κεῖται
Ἄχραντον. τῷ κέν τυ μάλα πρόφρων ἀρεσαίμαν,
Αἴκα μοι τὺ φίλος τὸν ἐφίμερον ὕμνον ἀείσῃς.
Κοὔ τοι τὶ φθονέω. πόταγ', ὦ 'γαθέ· τὰν γὰρ ἀοιδὰν
Οὔτι πα εἰς Ἀΐδαν γε τὸν ἐκλελάθοντα φυλαξεῖς.

ΘΥΡΣΙΣ.

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Θύρσις ὅδ' ὡ'ξ Αἴτνας, καὶ Θύρσιδος ἅδ' ἁ φωνά.
Πᾷ ποκ' ἄρ' ἦθ', ὅκα Δάφνις ἐτάκετο, πᾷ ποκα, Νύμφαι;
Ἦ κατὰ Πηνειῶ καλὰ τέμπεα, ἢ κατὰ Πίνδω;

56 *αἰπολικόν* Burn. Cant. Phill. Butler. Harl. *θαήμα* deleto *τι* Porson. cui adstipulantur Kiesslingius et Passovius; *αἰολικὸν θεάμα* Hesych. ex Theocrito citat unde conjicias *τι θέαμα*: *θάῦμα* Codices aliquot. Cum *θάημα* primam producat, verba, si recte se habent, transponenda sunt *θάημ' αἰπολικόν τι*. *τέρας καὶ* Butler. *κε τυ* Burn. Cant. *κε τι* Harl. Sed mallem quod supra posui *τι θέαμα*. Calydonem ab Æolibus habitari memorat Thucydides III. 102. (Meinek.).

58 *τυροέντα*. Porsonus metri causâ *τυρῶντα*. Sed Codices omnes *τυροέντα*. Et quod in *fortuitus*, *pituita* et similibus fecerunt Latini, Manilius, Horatius, Juvenalis, ut duas syllabas *ui* in unam contraherent, cur invideatur Theocrito, præsertim cùm nullâ aliâ ratione vox *τυρόεντα* in versum posset intrare? Bene igitur Camerarius *τυρόεντα, συνίζησις τῶν δύο φωνηέντων, τὸ γὰρ τῡ μακρόν*. Similis ratio est in *θρυλέοιμι* II. 142. Post scriptam a se notam ad Orest. 393, ubi hujus synizeseos exempla colliguntur, quibus adde quæ ad Iliad. K. 133 Clarkius, et ad Hephæstion. p. 222 congessit Gaisfordius, *τυρόεντα* probaturus fuisset ipse Porsonus. Codex Butlerianus habet *πυριάτη* ut glossam in margine, Cant. *τυρόν*.

60 *κέν τοι* Cant.

62 *κοὔ τοι τοι* Butler. Cant. *κοὔτι* Burn. *κουτη τοι* Harl.

63 *ἐκλελάθοντα* *making forgetful* præsens Homericum; Buttmann II. p. 179.

65 *ἀδέα*, quod exhibent cod. Lips. ed. Calliergi, et Cant. *ἅδε ἁ* Phill. ex s. m. Cod. Burn. cum *γρ. ἅδ' ἁ φωνά, ἅδε ἁ* Harl. De *ἀδέα* vide III. 20. VIII. 76.

66 citat Servius ad Virg. Eclog. X. 8. ad *ἐτάκετο* habet *λικουφιεβατ* (*liquefiebat*), Butler.

67 *Πηνειῶ καλὰ τέμπεα* *Tempe* a *τέμνω* *findo*. Vide, si placet, notata a me in libro topographico cui titulus "*Greece*," etc., pp. 273, 291, 293.

Οὐ γὰρ δὴ ποταμῶ γε μέγαν ῥόον εἶχετ' Ἀνάπω,
Οὐδ' Αἴτνας σκοπιάν, οὐδ' Ἄκιδος ἱερὸν ὕδωρ.
Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς·
Τῆνον μὰν θῶες, τῆνον λύκοι ὠρύσαντο,
Τῆνον χὠ'κ δρυμοῖο λέων ἀνέκλαυσε θανόντα.
Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Πολλαί οἱ πὰρ ποσσὶ βόες, πολλοὶ δέ τε ταῦροι,
Πολλαὶ δ' αὖ δαμάλαι καὶ πόρτιες ὠδύραντο.
Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Ἦνθ' Ἑρμᾶς πράτιστος ἀπ' ὤρεος, εἶπε δέ, Δάφνι,
Τίς τυ κατατρύχει; τίνος, ὦ 'γαθέ, τόσσον ἔρασσαι;
Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς·
Ἦνθον τοὶ βῶται, τοὶ ποιμένες, ᾡπόλοι ἦνθον,
Πάντες ἀνηρώτευν, τί πάθοι κακόν· ἦνθ' ὁ Πρίηπος,
Κῆφα, Δάφνι τάλαν, τί τὺ τάκεαι; ἁ δέ τε κώρα
Πάσας ἀνὰ κράνας, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται
(Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς)
Ζατεῦσ'· ἆ δύσερώς τις ἄγαν καὶ ἀμάχανος ἐσσί.

68 *ῥόον μέγα*, Harl. Anapus, Siciliæ fluvius, propè Syracusas, in quo hodie floret papyrus.

69 Acidis scatebræ in monte Ætnâ oriuntur.

71 Cp. Virgil. Ecl. v. 27.

72 *ἔκλαυσε* Codices plurimi.

75 *πολλαὶ δὲ δαμάλαι* cum XI. Codd. Gaisfordius. Cant. cum *γρ. δ' αὖ*. Codex Butlerianus ad *δαμάλαι* habet in margine adscriptum, *ἰουβεγκα* (*i.e. juvenca*), et ad *πόρτιες* præbet *βιτουλε* (*i.e. vitulæ*), ad *ὠδύραντο* habet *μουγιερουντ* (*mugierunt*).

77 Virg. Ecl. x. 19.

78 *τίς τοι* Harl. *ἔρασαι* Butler. Cant.

79 *ἄρχεται* Cant.

81 *πάντες δ' 'νηρώτων* Burn. et mox 83, *πᾶσαν ἀνὰ κράναν* Burn. Butler.

82 *ἁ δέ τε κώρα.* Pro *τε* vel (ut unus Cod. et Calliergus) *γε*, ut sensus sibi constet, suspicio mihi nata est annon potius legendum sit *ἕ*, *illum rivalem tuum*, (ut *ἀλλὰ ἓ θῆσσα* Apollon. I. 193), quam lectionem in suo Theocriti codice habuisse videtur Virgilius, illam ita exprimens, Ecl. x. 22:

Galle quid insanis? inquit, tua cura Lycoris
Perque nives ALIVM *perque horrida castra* SECVTA *est.*

85 *ζατεῦσα δύσερώς τις* Harl. Laudian. *ζητεῦσα* Burn. *ζατεῦσ' ἆ* Cant. et Butler. Hemsterhusii *ζαλοῖσ'* recepit Valckenær. Vide VI. 27, *ζαλοῖ μ', ὦ Παιὰν καὶ τάκεται.* Quod ad *δύσερως* spectat vide VI. 7. Cæterum ut post *φορεῖται* bene in-

Βώτας μὰν ἐλέγευ· νῦν δ' αἰπόλῳ ἀνδρὶ ἔοικας,
Ὡιπόλος, ὄκκ' ἐσορῇ τὰς μηκάδας οἷα βατεῦνται,
Τάκεται ὀφθαλμώς, ὅτι οὐ τράγος αὐτὸς ἔγεντο.
 Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Καὶ τὺ δ', ἐπεί κ' ἐσορῇς τὰς παρθένος οἷα γελεῦντι,
Τάκεαι ὀφθαλμώς, ὅτι οὐ μετὰ ταῖσι χορεύεις.
Τὼς δ' οὐδὲν ποτελέξαθ' ὁ βωκόλος, ἀλλὰ τὸν αὐτῶ
Ἄνυε πικρὸν ἔρωτα, καὶ ἐς τέλος ἄνυε μοίρας.
 Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Ἦνθέ γε μὰν ἁδεῖα καὶ ἁ Κύπρις γελάοισα,

terpunctionem sustulerunt Editores, sic corrigenda sunt Moschi III. 119, ubi jungenda uno tenore *ἔκφυγεν ᾠδάν, ἀλλὰ δίκα κίχε πάντας*.

95 *ἦνθέ γε μὰν ἁδεῖα καὶ ἁ Κύπρις γελάοισα.* Qui versus multum exercuit interpretes, quorum conjecturas apud J. A. Jacobsium videas. Aldus Paris. et Callierg. *ἡ Κύπρις* et alii. Primum in *ἁ Κύπρις* offenderunt, ordinem verborum vix esse posse putantes *ἦνθέ γε μὰν ἁ Κύπρις ἁδεῖα καὶ γελοῖσα*, uti flagitat sententia, qui tamen Viro Docto in Frederici A. Wolfii Analectis I. p. 175 non displicebat; neque verbis ita constitutis sensum satis recte procedere. Quare variis itum est viis ad locum emendandum, quarum, ut verum fatear, nulla mihi valde probatur. *ἁ δῖα* Schol. *ἁ Δηώ τε* Piersonus. Alia alii: quid multa? Sensus est '*Venit Venus dulci aspectu, et Daphnidi arridens.*' Quare si vulgata ferri nequit, (quod quidem non temerè affirmaverim) pro *ἁ* legendum fortasse *οἱ*, quâ quidem mutatione nihil certe facilius, ut a Porsono apud Euripidem restituente *ἄλλα* pro *ἄλλοι* Phœn. 1358. *ᾄσεται* pro *οἴσεται*, Med. 44. *τοι* pro *τὰ* Suppl. 881, jamdudum est observatum. Vide etiam Schæfer. Meletemata Critica p. 66. Boissonade Theophyl. Simocat. p. 200 et Gaisfordii Collationes MSS. Hesiod. Theog. 593, ubi *ἀσύμφορα* et *οὐ σύμφοροι* habes permutata: in Æschyl. Ag. 82, libri nonnulli pro *ἡμερόφαντον* exhibent *ἡμερόφατον* hoc est *ἡμερόφοιτον*; et Choeph. 537, pro *οὖφις τε πᾶσιν σπαργάνοις ὡπλίζετο* legendum forsan *οὖφις γ' ἐμοῖσι*: vide XII. 47, de $\bar{\mu}$ et $\bar{\pi}$ permutatis. Jam vero in ipsius Theocriti Codicibus sic sæpissime erratum est. In VII. 64 pro vera lectione *λευκοΐων* Cod. Mediol. habet *λευκάων* et hæc ipsa *οἱ* et *ἁ* confusa sunt XIV. 47 ubi pro *οἱ δὲ* plurimi Codices *ἁ δέ*. Γελάοισα *οἱ* ut illud Virgilianum Eclog. IV. 62, '*Cui* non risere parentes?' cp. *οἱ ὠδύραντο* sup. V. 74. Vide et Eurip. Iph. T. 266. Matth. ad Troad. 410. De syllabâ *καὶ* ante *οἱ* non productâ apud Theocritum vide quæ dicturi sumus ad XIV. 56. Quòd si non corripi posse verum sit, quod contra spectatissimi judicii criticorum et præsertim Hermanni auctoritatem vix ausim infitiari, mallem, deleto *καὶ*, *ἦνθέ γε μὰν ἁδεῖα οἱ ἁ Κύπρις γελάοισα*. Sed in tam lubrico loco nihil pro certo affirmaverim: penes eruditos judicium esto.

Λάθρια μὲν γελάοισα, βαρὺν δ' ἀνὰ θυμὸν ἔχοισα,

96 Cod. omnes ΛΑΘΡΗ vel ΛΑΘΡΗΙ vel ΛΑΘΡΑ. λάθρη Burn. Harl. et Canon. λάθρῃ Butler. λάθρημεν Cant. λαθρημὲν Barocc. Laudian. Phillipps. λάτρη ed. Paris. Gourmont.; unus tantum Mediceus ΛΑΘΡΙΑ quod mirâ facilitate quidam (nam alii ἀδέα, quod longe a Codicibus abest) amplexi sunt Editores. Sed quo tandem sensu? Itane Venus *clam riserit*, quæ *vultu blando* jam venisse narratur? Deinde quomodo sibi invicem *opponi* possunt λάθρια γελάοισα et βαρὺν θυμὸν ἔχοισα, *clam ridens* et *infensum cor* habens. Nulla isthæc est oppositio. At Poëta *externam* Veneris *speciem* cum *interno animi affectu* pugnantem indicare voluit. Ridere Venus tanquam benigna visa est, eadem tamen animo erat in Daphnidem iniquissimo: ut de Junone Homerus Il. O. 101,

ἡ δ' ἐγέλασσε
χείλεσιν, οὐδὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι κυανέῃσι
Ἰάνθη.

Vide Blomfield. ad Æschyl. Ag. 767. Hic igitur '*perfidum* RIDENS VENUS,' (ut Horat. Carm. III. 27, 67).

Visa quidem ridere, gravi tamen ægra dolore, vel ut locum eleganter reddidit Eobanus Hessus, optimus Theocriti interpres,

Ridens dulce Venus, sed blando subdola vultu
Occuluit tacitum turbato in corde dolorem.

Quare ex voce ΛΑΘΡΗ vel ΛΑΘΡΗΙ Codicum lectione aliquid est eruendum quod *exteriorem* speciem significet. Mihi quidem in illâ lectione latere videtur infinitivus Doricus ΑΘΡΗΝ pro ἀθρεῖν, ut κατοικῆν XI. 62, κοσμῆν XVI. 24; et similia Doriensium verba de quibus Viri Docti ad Gregor. Corinth. p. 136, 228, 275, edit. Schæfer. et Maittaire Dial. p. 306 Sturz. Valcken. infra XI. 2. *Infinitivos* autem participiis et adjectivis qualitatem significantibus sæpissimè adjungi quis nescit? Æschyl. Pers. 27 φοβεροὶ μὲν ἰδεῖν δεινοὶ δὲ μάχην, Prometh. 238, 248 ed. Blomf. Soph. Antig. 206, αἰκισθεὶς ἰδεῖν. Aristoph. Nub. 1172. Ipse Theocritus XI. 20, λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν. Arat. 228, νωθὴς καὶ ἀνάστερος οἷα σελήνη σκέψασθαι. Jam vero ἀθρέω sæpe legitur apud Theocritum; XI. 24; XV. 78; XVI. 16. Hesyc. ἄθρει, βλέπε, ὅρα, ἴδε· an δασύνεσθαι debeat vide Eustath. 1388, 29; 1874, 36. Denique ΑΘΡΗΝ et ΛΑΘΡΗΙ facile inter se permutantur. ΑΛΛΑΙ et ΛΑΛΛΑΙ habes confusa inf. XXII. 39, et λαίῃ et ἄλλῃ XXII. 126, et ἀθρῆν a librariis scribebatur ἀθρῇ, ut a Palæographis sæpius monitum. Vide Porson. Hec. 336; add. Hec. 1167. Vide etiam quæ dixerunt Bast. Palæog. p. 740, Dobræus Aristoph. p. 110, de πολλῷ et πολλῶν centies inter se confusis. Sæpissime autem Λ ante et post Α vel temere addebant vel præ incuria (præsertim in initio versus) omittebant Librarii, sic λάλημα et ἄλημα confusa sunt Soph. Antig. 320, vide Dindorf. φυλάδος pro φυλλάδος Ald. Æschyl. Ag. 79. Sic pro μωμένα μ' ἰάλλει Choeph. 490 μωμένα μ' ἴλλει habent Codices Ravennas et Vat. Pro ψάλια Prom. 54 Codd. Regii ψάλλια; sic Hermanni ἀλοὺς pro ἄλλους in Soph. Œd. Col. 547, recepit Dindorfius; ἄλοιτο pro ἄλλοιτο Aristoph. Nub. 145, pro ἴαλλεν Prom. 6, libri nonnulli ἴαλεν, pro κρυσταλλοπῆγα Pers. 493, Ald. κρυσταλοπῆγα. Similia dederunt Viri Docti, Monk. Alcest. 1135, 1030, Hippol. 160, Wellauer. Apoll. R. III. 789, Dindorf. Soph. Œd. T. 153, 657, 1011. Quare ex ἀθρῆν in λάθρηι lapsus est facillimus. Denique ἀθρῆν

Κῆπε, τὺ θὴν τὸν Ἔρωτα κατεύχεο, Δάφνι, λυγιξεῖν·
Ἆρ᾽ οὐκ αὐτὸς Ἔρωτος ὑπ᾽ ἀργαλέω ἐλυγίχθης;
 Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ᾽ ἀοιδᾶς.
Τὰν δ᾽ ἄρα χ᾽ ὡ Δάφνις ποταμείβετο, Κύπρι βαρεῖα,
Κύπρι νεμεσσατά, Κύπρι θνατοῖσιν ἀπεχθής·
 Ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ᾽ ἅλιον ἄμμι δεδύκειν·
Δάφνις κὴν ἀΐδᾳ κακὸν ἔσσεται ἄλγος Ἔρωτος.
 Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ᾽ ἀοιδᾶς.
Οὐ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βωκόλος, ἕρπε ποτ᾽ Ἴδαν,
Ἕρπε ποτ᾽ Ἀγχίσαν· τηνεὶ δρύες, ὧδε κύπειρος.
[Ὧδε καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι.]
 Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ᾽ ἀοιδᾶς.
Ὡραῖος χ᾽ Ὤδωνις, ἐπεὶ καὶ μᾶλα νομεύει,
Καὶ πτῶκας βάλλει, καὶ θηρία πάντα διώκει.

vel simile aliquid, legisse videtur Scholiastes glossam *φανερῶς* adscribens. De *ἀνέχων intus fovens* videas Hermann. Soph. Œd. Col. 680.

97 *λυγιξεῖν* vox a palæstra sumpta *λιγυξεῖν* Harl.

102 *ἅλιος ἄμμι δεδύκει* Harl. Burn. Cant. Phillipps. *αἴλιος ἄμμι δεδύκη* Butler. De infinitivo perfecti *δεδύκην* videnda quæ scripsit Buttmann. Gr. Gr. II. p. 22, et Wuestemann IV. 7. Fluctuant Codices inter *η* et *ει* in his ut in *πεπόνθης* VII. 83; X. 1; *λελόγχη* IV. 40; *πεποίθη* V. 38; *πεφύκη* V. 33, 93; XI. 1; XIII. 40.

103 *ἀΐδαο* Cant.

105 Conferas Virg. Eclog. III. 8.

106 Serv. ad Virg. Æn. II. 35. 'Quanquam Anchises non adsit propter cæcitatem, ut docet *Theocritus*;' vide eundem ad Æn. II. 687, et Heynii Excurs. XVII. ad Æn. II. —*κύπειρος*. qui furtivos amores celare nequit. Obiter animadvertere lubet quantum intersit inter Theocriti Daphnim et Miltoni nostri Lycidam etsi hic ab illo plurima mutuatus sit: sed Sioni cedat Parnassus, quod ad animi teneriores affectus attinet.

109 *ὡραῖος χὤδωνις, ἐπεὶ καὶ μᾶλα νομεύει.* Phrasis paulo impeditior, sed quæ non tam correctore egeat quam interprete. Laudat Pastor artem pastoritiam, contra ejus obtrectatores excitans exempla pastorum nobilium, simili argumento quo dicitur VIII. 52, Ὁ Πρωτεὺς φώκας καὶ Θεὸς ὢν ἔνεμε, et instar omnium III. 46,—

τὰν δὲ καλὰν Κυθέρειαν ἐπ᾽ ὤρεσι
 μᾶλα νομεύων
οὐχ οὕτως Ὤδωνις ἐπὶ πλέον ἄγαγε
 λύσσας;

et XX. 32:

ἀλλ᾽ ὅτι βώκολός ἐμμί, παρέδραμε·
 κοὔ ποτ᾽ ἀκούει
ὡς καλὸς Διόνυσος ἐπ᾽ ἄγκεσι πόρ-
 τιν ἐλαύνει
οὐκ ἔγνω δ᾽ ὡς Κύπρις ἐπ᾽ ἀνέρι μή-
 νατο βώτᾳ·
Ἐνδυμίων δὲ τίς ἦν; οὐ βωκόλος;

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Αὖτις ὅπως σταςῇ Διομήδεος ἆσσον ἰοῖσα,
Καὶ λέγε, τὸν βώταν νικῶ Δάφνιν, ἀλλὰ μάχευ μοι.
Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Ὦ λύκοι, ὦ θῶες, ὦ ἀν' ὤρεα φωλάδες ἄρκτοι,
Χαίρεθ'· ὁ βωκόλος ὔμμιν ἐγὼ Δάφνις οὐκ ἔτ' ἀν' ὕλαν,
Οὐκ ἔτ' ἀνὰ δρυμώς, οὐκ ἄλσεα· χαῖρ' Ἀρέθοισα,
Καὶ ποταμοί, τοὶ χεῖτε καλὸν κατὰ Θύμβριδος ὕδωρ.
Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Δάφνις ἐγὼν ὅδε τῆνος, ὁ τὰς βόας ὧδε νομεύων,
Δάφνις ὁ τὼς ταύρως καὶ πόρτιας ὧδε ποτίσδων.
Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Ὦ Πὰν Πάν, εἴτ' ἐσσὶ κατ' ὤρεα μακρὰ Λυκαίω,
Εἴτε τύ γ' ἀμφιπολεῖς μέγα Μαίναλον, ἔνθ' ἐπὶ νᾶσον
Τὰν Σικελάν, Ἑλίκα δὲ λίπ' ἠρίον αἰπύ τε σᾶμα

Hinc Anchises et Adonis pastores a Daphnide pastore ad partes suas vocati; uterque a Venere amatus, sed neuter ab eâ servatus. Illi pastores tui perierunt; ego pastor per te pereo. Ὤδωνις est, *tuus* Adonis; qui articuli usus pro possessivo pronomine sanè pervulgaris sæpius doctis viris in Theocrito fraudi fuit. Vide XX. 44. 'Cur me, inquit, pastorem rides? Etiam vir tuus' (Venerem alloquitur,) 'oves pavit. *Habitarunt Dî quoque sylvas.* Virg. Ecl. II. 60. Imo etiam Adonis tuus pulcher est; sed unde? ex ipsâ arte pastoritiâ quam mihi objicis, *quia* (ἐπεὶ καὶ) per montes salubri se aurâ recreat, *quia etiam* (ἐπεὶ καὶ) *pascit oves;* quia tandem id ipsum agit, quod tu mihi ludibrio vertis. Hinc ori ejus accedit venustas, hinc corpori vires, hinc denique tibi *Veneri suæ placet Adonis tuus.*' Codex Butlerianus ad ὡραῖος habet adscriptum τεμπεστιβους, πουλκερ (*i.e. tempestivus, pulcher*). Cæterum θήρια τἆλλα Phillipps.

112 αὐτῆς Butler.

118 Θύμβριδος Servius ad Virg. Æn. III. 500. 'Circa Syracusas autem esse Thybrin fossam nomine Theocritus meminit.' Alii *montem* esse autumant; utrivis nomen convenit.

124 Codex Butlerianus habet ad ἔνθ' adscriptum in margine βενι (*i.e. veni*), ad ἑλικτὰν v. 129 φλεξαμ (*flexam*), ad βάτοι, v. 132, ῥουβους σπινε (*rubus, spinæ*), ad σχαδόνων v. 147, φαβορουμ (*favorum*).

125 Schol. Apollon. Rhod. I. 1165, μέγα τ' ἤριον γράφεται καὶ μέγα τε ῥίον· καὶ τὸ μὲν ῥίον ἐστὶν ὄρος ἤτοι ἀκρωτήριον, τὸ δὲ ἤριον μνημεῖον. Codd. Cant. Harl. et Burn. ut vulg. nisi quod Cant. ut et Harl. habet ἀγατὸν, hic cum Schol. ἢ θαυμαστὸν, — $\overset{\tau}{\text{αγαθον}}$, Burn. Cant. in margine ἀκρωτήριον πελλοπυννήσου (sic) λυκαίου τοῦ μαινάλου τοῦ υἱοῦ τοῦ λυκάονος. Butler.

Τῆνο Λυκαονίδαο, τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγητόν.
  Λήγετε βωκολικᾶς, Μῶσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς.
Ἔνθ', ὦναξ, καὶ τάνδε φέρ' εὐπάκτοιο μελίπνουν
Ἐκ καρῶ σύριγγα καλὰν περὶ χεῖλος ἑλικτάν.
Ἦ γὰρ ἐγὼν ὑπ' ἔρωτος ἐς Ἄϊδος ἕλκομαι ἤδη.
  Λήγετε βωκολικᾶς, Μῶσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς,
Νῦν ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθαι,
Ἁ δὲ καλὰ νάρκισσος ἐπ' ἀρκεύθοισι κομάσαι·
Πάντα δ' ἔναλλα γένοιντο, καὶ ἁ πίτυς ὄχνας ἐνείκαι,
Δάφνις ἐπεὶ θνάσκει· καὶ τὰς κύνας ὥλαφος ἕλκοι,
Κὴξ ὀρέων τοὶ σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο.

habet λιπερίον. ἀγητὸν ex quinque Codicibus Meineke.

130 ᾄδαν Butler. Burn. αἴδαν Cant. ἄϊδος quod unus habet Medic. ex ed. Iunt. Valcken. Callim. Epig. XI. ἢ δίζῃ Τίμαρχον ἐν ἄϊδος.

132 νῦν δ' ἴα Cant. et plurimi ap. Gaisford.

134 Elmsl., Diar. Class. v. p. 179, anonymi cujusdam suspicionem comprobavit Virgilium ἔναλλα *contraria* (ἐνηλλαγμένα Schol. H. I. et M.) cum ἔναλα *marina* oscitanter confudisse, ob simillimum locum Ecl. VIII 58, 'Omnia vel *medium* fiant *mare*.' Nos meliora de doctissimo Poëtâ. Quatuor Codices et Iunt. ἄναλλα. Theocritum imitatur Agathias Anthol. v. 299. Nicet. Eugen. IV. γένοιτο πάντα νῦν ἐνάλλαξ.

136 Schol. in Cod. Cant. et L. εἰς ΕΡΙΝ φωνῆς ἐλθέτωσαν. Heyne ad Virg. Eclog. VIII. 55. "'*Certent* et cycnis ululæ.' Ex hoc versu adstruas Scaligeri lectionem ΔΑΡΙΣΑΙΝΤΟ pro ΓΑΡΥΣΑΙΝΤΟ Theocr. I. 136; contra Wakefieldius ex MS. Virgilio intulit *cantent*, ut conveniat cum γαρύσαιντο." Omnino verum δαρίσαιντο. Vide infr. v. 136, οὐ θεμιτὸν, Λάκων, ποτ' ἀηδόνα κίσσας ἐρίσδεν; et δαρίσαιντο legerat Scholiastes Gailianus per ἐρίσαιντο interpretans, vide infra v. 23. Vide Apollon. Rh. I. 1343; II. 16. Oppian. Cyn. II. 111; III. 184, cum dativo; facillimè γ et δ (Γ *i.e.* Λ et Δ) permutantur; infra 151, pro ἄμελγε unus Cod. ἄμελδε; In Soph. Aj. 881, nonnulli dant ἕδρας pro ἄγρας; hinc lucem fortasse affundamus obscurissimo Bionis loco XV. 23,—de Achille inter filias Lycomedis latitante et a Deidameiâ agnito,

καὶ ποτὲ μὲν κείνας ἐφίλει χέρα, πολλάκι δ' αὐτᾶς
ΣΤΟΜ' ἀνὰ καλὸν ΑΕΙΡΕ τάδ' ΑΔΕΑ ΔΑΚΡΥ' ἐπήνει.

Quem sic emendandum puto,

καὶ ποτὲ μὲν κείνας ἐφίλει χέρα, πολλάκι δ' αὐτᾶς
τὸ ΣΤΟΜΑ· καλὸν ΑΕΙΔΕΝ, ὁ δ' ΑΔΕΑ ΓΑΡΥΝ ἐπήνει.

Vide infra VIII. 77, IX. 7, ἉΔΥ ΓΑΡΥΕΤΑΙ, et XI. 55, τὰν ΧΕΡΑ τεῦς ΕΦΙΛΑΣΑ, αἰ μὴ ΤΟ ΣΤΟΜΑ λῇς, ubi τὸ omittit Codex Toletanus. Hæc enim Bionis expressit Statius, in eodem argumento ipse versatus, Achill. I. 576, *nunc occupat* ORA CANENTIS, *Et ligat* AMPLEXUS, *et mille per oscula* LAUDAT; et 579 *præsentem*

Λήγετε βωκολικᾶς, Μῶσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς.
Χὡ μὲν τόσσ' εἰπὼν ἀπεπαύσατο· τὸν δ' Ἀφροδίτα
Ἤθελ' ἀνορθῶσαι· τά γε μὰν λίνα πάντα λελοίπει
Ἐκ Μοιρᾶν· χὡ Δάφνις ἔβα ῥόον· ἔκλυσε δίνα
Τὸν Μώσαις φίλον ἄνδρα, τὸν οὐ Νύμφαισιν ἀπεχθῆ.
Λήγετε βωκολικᾶς, Μῶσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς.
Καὶ τὺ δίδου τὰν αἶγα τό τε σκύφος, ὥς μιν ἀμέλξας
Σπείσω ταῖς Μοίσαις. ὦ χαίρετε πολλάκι, Μοῖσαι,
Χαίρετ'. ἐγὼ δ' ὔμμιν καὶ ἐς ὕστερον ἅδιον ᾀσῶ.

ΑΙΠΟΛΟΣ.

Πλῆρές τοι μέλιτος τὸ καλὸν στόμα, Θύρσι, γένοιτο,
Πλῆρές τοι σχαδόνων, καὶ ἀπ' Αἰγίλω ἰσχάδα τρώγοις
Ἁδεῖαν, τέττιγος ἐπεὶ τύ γα φέρτερον ᾄδεις.
Ἠνίδε τοι τὸ δέπας· θᾶσαι, φίλος, ὡς καλὸν ὄσδει·
Ὡρᾶν πεπλύσθαι νιν ἐπὶ κράναισι δοκασεῖς.
Ὧδ' ἴθι, Κισσαίθα· τὺ δ' ἄμελγέ νιν· αἱ δὲ χίμαιραι
Οὐ μὴ σκιρτάσητε, μὴ ὁ τράγος ὔμμιν ἀναστῇ.

CANTAT *Achillem*, unde conjecturæ nostræ magna accedit auctoritas. *Dativum* ἀηδόσι post δαρίσαντο expressit Virgilius, Ecl. v. 8, *solus* TIBI CERTET *Amyntas*. Ex δ et γ confusione nata fuisse videtur insignis corruptela in Æschyl. Prom. 901:—

παρθενίαν
εἰσορῶσ' Ἰοῦς ΓΑΜΩΙ ΔΑΠΤΟΜΕΝΑΝ
δυσπλάνοις Ἥρας ἀλατείαις.

Pro γάμῳ libri nonnulli μεγάμῳ, et pro δαπτομέναν quidam δαπανομέναν. Latere suspicor ΔΕΜΑΣ ΑΥΟΜΕΝΑΝ, vide v. 146, σὸν ΔΕΜΑΣ ΕΙΣΙΔΟΥΣΗΙ ΠΡΟΣΑΥΑΙΝΟΜΕΝΑΝ λύμαις.

140 ἔκρυψε Harl.

147 Αἰγίλω, pago Attico, caricis nobilitato.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

ὙΠΟΚΕΙΤΑΙ Σιμαίθα Δέλφιδος Μυνδίου τινὸς ἐρῶσα, ὃν παιδικοῖς προσταλαιπωροῦντα ἐν παλαίστρᾳ ἡ Σιμαίθα φίλτροις τε καὶ φαρμάκοις διὰ τινὸς θεραπαίνης Θεστύλιδος [a] ὑποδιακονουμένης ἐφ' ἑαυτὴν πειρᾶται μετάγειν, ἐπικαλουμένη τὴν Σελήνην καὶ τὴν Ἑκάτην, ὡς ἐπὶ τῷ ἔρωτι συμβαλλομένας νυκτερινὰς θεάς. Τὴν δὲ Θεστύλιδα ὁ Θεόκριτος ἀπειροκάλως ἐκ τῶν Σώφρονος μετήνεγκε Μίμων.

[a] ὑποδιακονουμένη Call.

ΦΑΡΜΑΚΕΥΤΡΙΑ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ β'.

ΠΑΙ μοι ταὶ δάφναι; φέρε, Θέστυλι· πᾷ δὲ τὰ φίλτρα;
Στέψον τὰν κελέβαν φοινικέῳ οἰὸς ἀώτῳ,
Ὡς τὸν ἐμοὶ βαρὺν εὖντα φίλον καταθύσομαι ἄνδρα,

2 κελέβαν Schol. Genevense ab Aderto editum habet κελέβη, σκεῦος ἐν ᾧ δυνατὸν πόδας ῥίψασθαι ubi legendum νίψασθαι.

οἰὸς ἀώτῳ] *laneo ovis flore*, Hom. Odyss. I. 443, κεκαλυμμένος οἰὸς ἀώτῳ. Wuest.

3 Accusativus ἐμὸν pro ἐμοὶ ex plurimis Codd. reponendus videtur; sensus est *ut meum amicum jam crudelem factum devoveam;* Codd. plerique ἐμὸν βαρυνεῦντα, sic Burn. Cant. Canon. Barocc. Laudian. Butler. et Harl. ubi Schol. ἀντὶ τοῦ βαρυνοῦντα, μέλλων ἀντὶ τοῦ ἐνεστῶτος. Cod. M. habet βαρεῦντα. βαρυνεῦντα vitiosum esse nemo non videt; sed neque βαρὺν εὖντα quod receperunt Editores omnis suspicionis expers est. Formam quidem εὖσα pro οὖσα habes infra v. 76. Callim. L. P. 69. παρεῦσα v. 36. Sed fac εἶσα pro οὖσα rectè dici Doricè, quod nemo unquam dubitavit, non idcirco verum erit εὖντα pro ὄντα, cujus ratio est diversa, dici posse. Vellem hujus dorismi exemplum dedisset Valckenærius, qui εὖντα tuetur. Dici sanè

Ὅς μοι δωδεκαταῖος ἀφ' ὧ τάλας οὐδέποθ' ἥκει,
Οὐδ' ἔγνω πότερον τεθνάκαμες ἢ ζοοὶ εἰμές,
Οὐδὲ θύρας ἄραξεν ἀνάρσιος· ἦ ῥά οἱ ἄλλᾳ
Ὤιχετ' ἔχων ὅ τ' Ἔρως ταχινὰς φρένας, ἅ τ' Ἀφροδίτα
Βασεῦμαι ποτὶ τὰν Τιμαγήτοιο παλαίστραν
Αὔριον, ὥς νιν ἴδω, καὶ μέμψομαι οἷά με ποιεῖ.
Νῦν δέ νιν ἐκ θυέων καταθύσομαι· ἀλλά, Σελάνα,
Φαῖνε καλόν· τὶν γὰρ ποταείσομαι ἅσυχα, δαῖμον,
Τᾷ χθονίᾳ θ' Ἑκάτᾳ, τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι
Ἐρχομέναν νεκύων ἀνά τ' ἠρία καὶ μέλαν αἷμα.
Χαῖρ', Ἑκάτα δασπλῆτι, καὶ ἐς τέλος ἄμμιν ὀπάδει,
Φάρμακα ταῦθ' ἔρδοισα χερείονα μήτε τι Κίρκας,

potest ex *ἐόντα* Ionicâ formâ fluxisse Doricam *εὖντα*: neque huic sententiæ repugno; quam tuentur Hermannus Ahrensius et Fritzschius; sed interea non diffiteor magis probabilem lectionem mihi videri *ἔντα*, cujus formæ extant exempla in Tabulâ Heracleensi 210, 214 et quâ usus Alcman. teste Eustathio Odyss. p. 1787. Simili confusione habes *Ἀλεῦντα* pro *Ἀλέντα* in duobus Codicibus infr. v. 123. *βαρὺν ὄντα* ad Sophron. XXXV. citat Blomfieldius, quod ipsum vocibus in unum coalescentibus *βαρύνοντα* inveni in Codice D'Orvilliano qui nunc in Bibliothecâ Bodleianâ asservatur, et quem ipse D'Orvillius charactere M. designavit.

Mihi quidem subnata est hæc cogitatio, num fortasse scripserit Theocritus *ἐμοὶ* ΒΑΡΥ ΝΩΝΤΑ pro *νοοῦντα*, (hoc sensu, *βαρὺ φρονοῦντα*, *mihi infensum*, cp. I. 96 *βαρὺν θυμὸν ἔχοισα*) quem Dorism umcommendant aliquantum *βῶσαι* pro *βοῆσαι*, *βωθεῖν* pro *βοηθεῖν* apud Hesychium, *σωπᾶν* pro *σιωπᾶν* Pindar. Olymp. XIII. 91. Isth. I. 63, *νώσῃ* pro *νοήσῃ* apud Callimachum H. Jov. 87 ubi vide Bentl. Noster *νωσάμενος* XXV. 263, Apollon. Rhod. IV. 1407 *νώσατο*, sic *θάσασθαι* inf. 72, *θάμενοι* Sophron.; vide ad XV. 7.

4 *οὐδὲ ποθήκει*. Harl.

6 Cod. Butler sup. ad *οἰὸς* habet in margine *οβις* (*ovis*), v. 6 ad *ἄραξεν*, *πουλσαβιτ* (*pulsavit*,) ad *μέμψομαι* v. 9 *ακουσεμ* (*accusem*), ad *πίτυρα* v. 33 *φουρφουρα* (*farfura*).

"'Recte Brunckius *ἄραξεν* pro *ἄρραξεν*, vide Blomf. Æschyl. Theb. 235. Idem vitium adhuc tollendum manet Lucian. III. p. 323. Vide infra v. 160. Caninæ literæ geminatio solennis scribarum error, cujus plurima exempla videas in nota ad Thucyd. VII. 6, ubi vir doctus non debebat utra scribendi ratio verior esset, dubitare.' J. W.

9 *μέμψωμοι ἅμε ποιεῖ* Harl. vulg. Butler. *μέμψωμαι* Cant. et ad *δασπλῆτι* Butler. in marg. *νιμιον απροπινκουανς βελικοσα γραβις* (i.e. *nimium appropinquans*, *bellicosa*, *gravis*).

Μήτε τι Μηδείας, μήτε ξανθᾶς Περιμήδας.
  Ἴϋγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Ἄλφιτά τοι πρᾶτον πυρὶ τάκεται· ἀλλ' ἐπίπασσε,
Θέστυλι· δειλαία, πᾷ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι;
Ἦ ῥά γέ τοι μυσαρὰ καὶ τὶν ἐπίχαρμα τέτυγμαι;
Πάσσ' ἅμα καὶ λέγε ταῦτα· τὰ Δέλφιδος ὀστέα πάσσω.
  Ἴϋγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Δέλφις ἔμ' ἀνίασεν· ἐφὼ δ' ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν
Αἴθω· χ' ὡς αὐτὰ λακεῖ μέγα καππυρίσασα,
Κἠξαπίνας ἄφθη, κοὐδὲ σποδὸν εἴδομες αὐτᾶς·
Οὕτω τοι καὶ Δέλφις ἐνὶ φλογὶ σάρκ' ἀμαθύνοι.
  Ἴϋγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα,
Ὡς τοῦτον τὸν καρὸν ἐγὼ σὺν δαίμονι τάκω,
Ὣς τάκοιθ' ὑπ' ἔρωτος ὁ Μύνδιος αὐτίκα Δέλφις.
Χ' ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος, ἐξ Ἀφροδίτας
Ὣς κεῖνος δινοῖτο ποθ' ἁμετέρῃσι θύρῃσιν.
  Ἴϋγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Νῦν θυσῶ τὰ πίτυρα. τὺ δ', Ἄρτεμι, καὶ τὸν ἐν ᾅδᾳ

16 *Περιμήδας*, Agamede Homero Il. Λ. 739.

17 *Ἴϋγξ*, torquilla, avis longum collum circumversans, linguâ exertâ, et rotæ circumactæ affixa et undequaque agitata ut amatos magicâ virtute alliciat, Xenoph. Mem. III. 2. 17.

19 *τὰς φρένας ἐκπεπότασαι* v. inf. XI. 72, *ὦ Κύκλωψ, Κύκλωψ, πᾷ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι.* Locutio satis vulgaris, vide Valcken. Herod. III. 155, Eurip. Electr. 175, Blomf. Prom. 881, *ἐπτοημένοι φρένας* et Boisson. Theophyl. Simoc. p. 6. *τὸν νοῦν ἀνεπτέρωμαι.* Quare mirum quemquam de verâ lectione dubitasse; mirum quoque in Sancti Irenæi c. Hæres. I. p. 3, Grabium, pro *ἐγκέφαλον* ΕΞΕΠΤΥΚΑΣΙ, quæ verba sententiam totam vitiant, non vidisse reponendum esse *ἐγκέφαλον* ΕΞΕΠΤΗΚΑΣΙ *evolaverunt sano judicio;* de hæreticis loquitur. Vocales $\bar{\eta}$ et $\bar{\upsilon}$ ob soni similitudinem sæpissimè permutantur. Cæterum confer ipsum Irenæum, p. 56 ed. Grab. de hæreticis 'qui *mente* suâ *excesserunt.*'

24 Iterum corrige Scholium Genevense ab Aderto editum *ἐστιν ἡ δάφνη ἐν τῷ καίεσθαι;* lege *ἔστενεν i.e. ἐψόφει.*

25 *ἀφθῇ—ἴδομες* Harl. *εἵλομεν* in marg. Cant. et *φλωγὶ* v. 26.

30 *ῥόμβος*, Ovid. Amor. I. 8. 7. Horat. Epod. XVII. 7.

31 *δινοῖθο* Butler.

33 *καὶ τὸν ἐν ᾅδᾳ*
κινήσαις ῥ' ἀδάμαντα, καὶ εἴ τί περ ἀσφαλὲς ἄλλο.

Ita Codices MSS. nisi quod nonnulli

Κινήσαις ἀδάμαντα, καὶ εἴτι περ ἀσφαλὲς ἄλλο.
Θέστυλι, ταὶ κύνες ἄμμιν ἀνὰ πτόλιν ὠρύονται.
Ἁ θεὸς ἐν τριόδοισι· τὸ χαλκίον ὡς τάχος ἄχει.
Ἴϋγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Ἠνίδε σιγᾷ μὲν πόντος, σιγῶντι δ' ἆηται·
Ἁ δ' ἐμὰ οὐ σιγᾷ στέρνων ἔντοσθεν ἀνία,

exhibent κινήσαις ἀδάμαντα — Codd. Burn. Butler. Phill. Laud. Barocc. Canon. Cant. (qui ῥαδάμαντα in marg.) G. Harl. ut vulg. Harl. cum Scholio ἤγουν τὸν Πλούτωνα, quod verum puto, et putavit Valckenærius, qui '*Plutonem*' inquit 'designavit per τὸν ἐν ᾅδᾳ ἀδάμαντα.' Omnibus enim familiare est, præsertim poetis, *personas* designare nomine materiæ cui maximè ingenio sint similes. Ita Comicis stupidus est στέλεχος, stipes, Philipp. ap. Dicæarch. p. 10. λίθος Aristoph. Nub. 1202. Quidni igitur '*illacrymabilem Plutona*' τὸν ἐν ᾅδᾳ ἀδάμαντα hic vocaverit Theocritus, qui simili translatione usus est III. 18 ὦ τὸ καλὸν ποθορεῦσα, τὸ πᾶν ΛΙΘΟΣ, X. 7 Μίλων ὀψαμᾶτα ΠΕΤΡΑΣ ἀπόκομμ' ἀτεράμνω, XXIII. 20 ΛΑΙΝΕ παῖ, καὶ ἔρωτος ἀνάξιε, III. 39 καί κέ μ' ἴσως ποτίδοι, ἐπεὶ οὐκ ΑΔΑΜΑΝΤΙΝΑ ἐντι. De Adamantis duritia multa multi, Hemster. Hesiod. 146. V.V. DD. ad Propert. V. 11. 4, Non exorato stant *adamante* viæ. Ovid. A. A. I. 659 lacrymis *adamanta* movebis. Dii Inferi κατ' ἐξοχὴν sunt ἀκίνητοι. Vide ad Hor. Epod. XVII. 3, *Dianæ non movenda numina*. Virgil. Georg. IV. 469:

Manesque adiit Regemque tremendum,
Nesciaque humanis precibus mansuescere corda.

Bene igitur Pluto ἀδάμας, ut alii quoque ob duritiam vocati sunt ἀδάμαντες. Hinc Eustath. 957, 33. Ἀδάμας ΚΥΡΙΟΝ ὄνομα ὁμωνύμως τῷ λίθῳ. Vide S. Hieronym. ad Amos. c. VIII. de Adamante et ejus generibus fusè et eruditè disserentem, ubi "Christus," inquit, "stat super murum adamantinum, id est super Sanctos et Apostolos suos, quibus donavit ut et ipsi ADAMANTES vocarentur. Petrus quoque erat fortissimus ADAMAS." Denique Patrum Græcorum eloquentissimus, Homil. S. Matth. V. 11, καὶ ὁ Ἰὼβ γὰρ ὁ ΑΔΑΜΑΣ καὶ πέτρας στερρότερος· Dionys. Alex. (Routh Rel. Sacr. II. 403.) ΑΔΑΜΑΝΤΟΣ στερροτέραν φύσιν. Hinc ut Petrus a Πέτρᾳ, sic cognomen indefesso Origeni ab Adamante inditum. Corrigendus obiter Theophyl. Simocat. p. 7, ed. Boissonade, ὁ σιδηρὸς ἀσθενὴς πρὸς τὸν ἀδάμαντα, ναὶ μὰ τὸν, καὶ εἴ τι ΑΔΑΜΑΝΤΟΣ ΥΨΗΛΟΤΕΡΟΝ, ubi legendum ΑΣΦΗΛΟΤΕΡΟΝ ex Hesych. in v. σφηλὸν, ΑΣΦΗΛΟΝ, ἀκίνητον. Cæterum, ut ad Theocritum revertar, rectè ut opinor Codices nonnulli κινήσαις ἀδάμαντα sine ρ. Neminem offendet apud Nostrum optativus, particulâ ἂν vel κεν omissâ, VIII. 20 ταύτην κατθείην. 89 νεβρὸς ἅλοιτο. XXII. 74 μαχεσσαίμεθα. XXVII. 24, 60. XXIX. 38 βαίην quæ citavit Wuest. ind. v. ἂν, cf. Mosch. I. 6. Compares, si tanti est, quæ dicturi sumus ad II. 126. Quare ita scripsi. κ. ρ. ἀ. Meineke.

35 'De quantitate verbi ὠρύεσθαι videndus Maltby Prosod. p. LXVI.' J. W.

36 τριόδεσσι Harl.

Ἀλλ' ἐπὶ τήνῳ πᾶσα καταίθομαι, ὅς με τάλαιναν
Ἀντὶ γυναικὸς ἔθηκε κακὰν καὶ ἀπάρθενον ἦμεν.
Ἶυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Ἐς τρὶς ἀποσπένδω, καὶ τρὶς τάδε, πότνια, φωνῶ·
Εἴτε γυνὰ τήνῳ παρακέκλιται, εἴτε καὶ ἀνὴρ,
Τόσσον ἔχοι λάθας, ὅσσον ποκὰ Θασέα φαντὶ
Ἐν Δίᾳ λασθῆμεν εὐπλοκάμω Ἀριάδνας.
Ἶυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Ἱππομανὲς φυτόν ἐστι παρ' Ἀρκάσι· τῷ δ' ἔπι πᾶσαι
Καὶ πῶλοι μαίνονται ἀν' ὤρεα καὶ θοαὶ ἵπποι.
Ὡς καὶ Δέλφιν ἴδοιμι, καὶ ἐς τόδε δῶμα περάσαι
Μαινομένῳ ἴκελος, λιπαρᾶς ἔκτοσθε παλαίστρας.
Ἶυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Τοῦτ' ἀπὸ τᾶς χλαίνας τὸ κράσπεδον ὤλεσε Δέλφις,
Ὤ' γὼ νῦν τίλλοισα κατ' ἀγρίῳ ἐν πυρὶ βάλλω.
Αἶ αἶ, ἔρως ἀνιαρέ, τί μευ μέλαν ἐκ χροὸς αἷμα
Ἐμφὺς ὡς λιμνᾶτις ἅπαν ἐκ βδέλλα πέπωκας;
Ἶυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Σαύραν τοι τρίψασα κακὸν ποτὸν αὔριον οἰσῶ.
Θέστυλι, νῦν δὲ λαβοῖσα τὺ τὰ θρόνα ταῦθ' ὑπόμαξον
Τᾶς τήνω φλιᾶς καθυπέρτερον, ἇς ἔτι καὶ νῦν
Ἐκ θυμῷ δέδεμαι· ὁ δέ μευ λόγον οὐδένα ποιεῖ.
Καὶ λέγ' ἐπιφθύσδοισα· τὰ Δέλφιδος ὀστέα μάσσω.
69 ἐξεκάθαιρον. Quid velit ἐξεκαίθαιρον dubitant interpretes. Reddunt *expurgabant*, sed hoc inconcinnum. Hoc, ut dixi, scriptorem voluisse credo, *Navis manebat vela habens suspensa, sociis præsentibus: sed mediâ nocte juvenes vela iterum demittebant, Herculem præstolantes.* Huc referas Homerica Odyss. IX. 77 ἀνὰ ἱστία λεύκ' ἐρύσαντες, Odyss. IX. 149 καθεῖλομεν ἱστία πάντα. Quare pro ἐξεκάθαιρον reponendum censeo αὖτε καθαίρουν vel ἄψ ἐκαθαίρουν quod eodem redit. Contractam formam habes ἐχώρει versu sequente. ΑΥΤΕ sic positum habet noster XXVI. 22, Ἰνὼ δ' ΑΥΤ' ἔρρηξε σὺν ὠμοπλάτᾳ μέγαν ὦμον, ubi notandum est hoc ipsum ΕΞ pro ΑΥΤ' præbere Codices Mediolanensem et Parisiensem; αῡ et αι̅ facile permutantur, vide quæ dicturi sumus ad XIV. 4, XVI. 12. Hoc ipso Idyllio, v. 15, ἐξέλκων et εὖ ἕλκων, et ἐξ et αὐτ' confusa habes XVII. 136, ἑ et αὖ sup. I. 75; deinde ε̄ ex αι̅, ob pronuntiationis similitudinem, oriri potuit.

73 Veniam mihi det lector benevolus, si nequeo mihi temperare, quin Codices et Editiones omnes hic in mendâ cubare suspicer. Brevi, ἥρωες in ἥρωα mutandum arbitror. Quid plura? ΗΡΑΚΛΕΑ Argonautæ salsis dicteriis vellicabant, λιποναύταν ἩΡΩΑ vocitantes οὕνεκεν ΗΡΩΗΣΕ. Dictitabant scilicet inter jocandum ἡρακλῆς ἥρως ἠρώησε (vel, ut nonnulli Codices, ἡρώησε), ubi lusus est non injucundus in verbis ὑπηχητικοῖς inter se facetâ collatione oppositis. Notum est in Codicibus MSS. ἥρωα sic scribi, ἡρῶ, ἥρωες vero *sic*, ἥρω'; et omnino in *ultimis* verborum syllabis, non disertè ipsis literis sed per tachygraphica compendia repræsentatis, sæpissime oscitantur librarii. Cæterum ἑ et ες̅ crebro confunduntur; sic in Idyll. I. 28, pro ἀμφῶες habet ἀμφῶα Cod. P. Marii Victorini, p. 157, Gaisford. Denique hiatum, ut fiebat, reformidabant librarii, quem non tantopere metuendum esse docet hujus ipsius Idyllii, v. 24,

αἰετὸς ὥς, μέγα λαῖτμα, ἀφ' ᾧ τότε
χοιράδες ἔσταν.

Vide sup. ad v. 90.

ʽΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

ʼΕΝ τούτῳ τῷ εἰδυλλίῳ [a] ὑπόθεσίς ἐστι καταστάσεως ἐρωτικῆς καὶ κοινῆς [b] τοῦ Κυνίσκας ἔρωτος· ἡ γὰρ γυνὴ τοῦ Αἰσχίνου μᾶλλον προσέκειτο Λύκῳ τινὶ, καταφρονοῦσα τοῦ Αἰσχίνου. Θυωνίχου δέ τινος ἑταίρου προσιόντος αὐτῷ διὰ χρόνου, † δικαίως εἰσάγεται, [c] καὶ προλέγει. τὰ δὲ πράγματα ἐν Σικελίᾳ. [Sic legitur arg. in Ed. Rom., abest a MS.]

[a] διήγησις Colb. Coislin. [b] καὶ Colb.
[c] προλέγων ὁ Αἰσχίνης Colb.

† [*Vide ad ipsius Idyllii vers.* 1.]

ΚΥΝΙΣΚΑΣ ΕΡΩΣ, Η ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ιδʹ.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ ΚΑΙ ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

ΧΑΙΡΗΝ πολλὰ τὸν ἄνδρα Θυώνιχον.

ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

'Αλλὰ τὺ αὐτόν,
Αἰσχίνα.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

῾Ως χρόνιος.

ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

Χρόνιος; τί δέ τοι τὸ μέλημα;

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

Πράσσομες οὐχ ὡς λῷστα, Θυώνιχε.

ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

Ταῦτ' ἄρα λεπτός,
Χὼ μύσταξ πολὺς οὗτος, ἀϋσταλέοι δὲ κίκιννοι.

1 τὺ αὐτὸς Burn. τὺ αὐτὸν ex Reiskii conjecturâ vulgo. Codices multi τοὶ αὐτὰ, nonnulli αὐτὸ, unde τὰ αὐτὰ Αἰσχίνᾳ *eadem quoque Æschinæ* (apprecor) conjecerit quis, vel τοι αὐτὰ, Αἰσχίνα, *hæc tibi etiam, o Æschine.*

In argumento hujus Idylli vulgo mendosè legitur, Θυωνίχου δέ τινος ἑταίρου προσιόντος αὐτῷ διὰ χρόνου, ΔΙΚΑΙΩΣ εἰσάγεται καὶ προλέγει, ubi legendum ΕΙΚΑΙΩΣ, i.e. *temere, non ex composito, sed de improviso, obiter;* εἰκαῖος est *fortuitus*, ὁ τυχών, ab εἰκῆ *temere;* Hesych. εἰκαίης, τυχούσης (lege τῆς τυχούσης), unde εἰκαίως *forte.* χαίρειν Burn. Cant.

4 ἀν' αὐαλέοι Burn., alii ἄρ'; sed, præeunte Wartono, ἀϋσταλέοι Schaeferus, de quâ confusione videndus Porson. Orest. 219, αὐσταλέος Hesiod.

Τοιοῦτος πρώαν τις ἀφίκετο Πυθαγορίκτας,
Ὠχρὸς κἀνυπόδατος· Ἀθηναῖος δ' ἔφατ' ἦμεν.
Ἤρατο μὰν καὶ τῆνος, ἐμὶν δοκεῖ, ὀπτῶ ἀλεύρω.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

Παίσδεις ὦ 'γάθ' ἔχων· ἐμὲ δ' ἁ χαρίεσσα Κυνίσκα
Ὑβρίσδει· λασῶ δὲ μανεὶς ποκα, θρὶξ ἀνὰ μέσσον.

ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

Τοιοῦτος μὲν ἀεὶ τύ, φίλ' Αἰσχίνα, ἅσυχος, ὀξύς,
Πάντ' ἐθέλων κατὰ καιρόν· ὅμως δ' εἶπον, τί τὸ καινόν;

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

Ὡ 'ργεῖος, κἠγών, καὶ ὁ Θεσσαλὸς ἱπποδιώκτας
Ἆπις, καὶ Κλεύνικος ἐπίνομες ὁ στρατιώτας
Ἐν χώρῳ παρ' ἐμίν· δύο μὲν κατέκοψα νεοσσώς,
Θηλάζοντά τε χοῖρον· ἀνῷξα δὲ Βίβλινον αὐτοῖς

Θ. et D. 586. ἀΰσταλέη Auctor Scuti 265, bene Eustath. Odyss. p. 1866. 34, αὐσταλέος, κατὰ διάλυσιν ἀΰσταλέος, ἀπὸ τοῦ αὔω—πάντως δὲ αὐσταλέος ὁ μὴ λοεσσάμενος καὶ χρισάμενος. In Ald. et Flor. legi αὐγαλέοι, ideo commemoro ut in Callimachi Fragm. CCLXVI. ἣ ὑπὲρ ΑΥΣΤΑΛΕΟΝ, χαρίτων λόφον,—legendum suadeam ἣ ὑπὲρ ΑΙΓΑΛΕΩΝ, χαρίτων λόφον. Sermo est de Atticæ Monte Ægaleo. In Schol. Aristid. p. 183, pro Ξέρξης καθῆστο εἰς τὸ Αἰγάλεων ὄρος καταντικρὺ Σαλαμῖνος, mendosè Codices habent εἰς τὸ αὐγάλεον. αι et αυ in libris sæpissime permutantur; pro αὔη XVI. 12, plurimi Codices vitiose αἰεὶ.

Jam vero Atticæ loca tangere amat Callimachus, apud quem Frag. CCXXXIV. pro ἀνδρ' ἐλαιὸν δ' ἐκ λειόθεν ἀμπρεύοντες optimè restituit sagacissimus Bentleius Δεκελειόθεν, a *Decelea*, sed ulterius progredi debebat Vir ingeniosissimus, et pro ΕΛΑΙΟΝ reponere ΑΛΑΟΝ, hoc sensu, *hominem cæcum a Decelea accersentes*, ita ut in hoc versu Callimachus de magno illo Tyrtæo locutus fuerit, quem luscum fuisse et ex *Aphidnis*, prope a Decelea, a Spartanis jussu oraculi arcessitum accepimus. Dum de *Aphidnis* verba facimus, liceat eas restituere loco Dicæarchi Geographi (p. 11, ed. Hudson.) ubi hæc leguntur, εἰς Ὠρωπὸν διὰ ΔΑΦΝΙΔΩΝ ἐλευθέρῳ βαδίζοντι σχεδὸν ἡμέρας προσάντα, unde in librum non incelebrem *Voyage du jeune Anacharsis* chap. XXXIV. hæc effluxerunt: "Nous partîmes d'*Athènes* et arrivâmes le soir même à *Orope* par un chemin assez rude mais ombragé en quelques endroits de bois de *lauriers*." Sed pro ΔΑΦΝΙΔΩΝ, voce nihili, reponendum est ΔΙ' ἈΦΙΔΝΩΝ. *Aphidnas* sitas esse in via ab Athenis *Oropum* versus notissimum est.

11 εἶπον; sic ex Buttmanni ad Plat. Men. p. 70, εἰπὸν Henrico Stephano acceptum referentis auctoritate Wuestemannus.

Εὐώδη, τετόρων ἐτέων σχεδόν, ὡς ἀπὸ λανῶ.
Βολβός τις κοχλίας ἐξῃρέθη· ἧς πότος ἁδύς.

17 βολβός τις κοκχλίας ἐξῃρέθη, ita vitiose Codd. nisi quod nonnulli omittunt τις, alii habent κολχίας. Locus pene conclamatus. De *bulbis* et *cochleis* quidem in convivio appositis vide VV. DD. ad Martialem IV. 46. 11, *Cum* BULBIS COCHLEIS*que caseoque*. *Afra* COCHLEA satis nota ex Horatio Sat. II. iv. 58, ubi videnda eruditissimi Heindorfii nota. Adde Valcken. Adoniaz. p. 221. Toup. Longin. XLIII. Sed de importuno illo ΤΙΣ quid faciendum? βολβός sex Codices, βολβότης Cod. Reg. Paris. D. E. 335, βολβὸς τις (*sic*) Vat. 3 Sanctamandi; Valckenaerio placet Heraldi conjectura βολβὸς ΚΑΙ κοχλίας: sic autem conjectare, secare nodum est non solvere; tum vero hâc ratione *unum* bulbum, *unam* cochleam *sex* convivis appositam non sine magna admiratione videremus. Et tamen manifestum est *singularem* numerum in his substantivis recte servari, *non* autem addi debere καὶ, quod et a lectione Codicum nimium quantum recedit, et seriem verborum turbat, quæ ἀσυνδέτως debent efferri, ut illa Philemonis ap. Athen. 64 E, σήσαμον, ἔλαιον, κρόμυον, ὄξος, σίλφιον, ita ut non *unum* bulbum, sed *generaliter bulbos*, *cochleas*, apponi dictum sit. Quare repudiandum καὶ, in quo nemo unquam librarius poterat hæsitare, et quod ne in unâ quidem membranâ extat.

Jam vero I et EI inter se sæpissime permutari, ut *eodem ferè sono prolatas*, nemo nescit. Hinc, ut uno Idyllio contentus sim, in XXI. 12 inter ἐρίσμασι et ἐρείσμασι, v. 32 inter νικαξῇ et εἰκαξῇ, v. 64 inter ἶσαι et εἶσα, variant vel MSS. vel editiones antiquæ. Hinc in vexato illo versu Æschyl. Suppl. 263,

χρανθεῖσ' ἀνῆκε γαῖα ΜΗΝΕΙΤΑΙ ΑΚΗ,

ut nonnulli habent Codices, vel, ut alii, μήνη καὶ δάκη, legendum suspicor ΜΗΝΙΣΑΙ ΔΑΚΗ, h. e. *tellus* ἀνῆκε μηνῖσαι δάκη, *sævire monstra submisit*, ut Virg. Georg. I. 129,

Ille malum virus serpentibus addidit atris,
PRÆDARIQUE LUPOS JUSSIT, *pontumque moveri,*

Hor. Carm. I. ii. 7, *pecus egit visere*. Nihil infinitivo post ἀνίημι frequentius, Hom. Il. ξ. 362, ἀνῆκεν ἀμυνέμεναι, φ. 396, ἀνῆκεν οὐτάμεναι, χ. 252, στήμεναι, Odyss. θ. 73, ξ. 465, ρ. 425. Mox in Æschyli versu 267, νεισθὸν, mendose pro μισθὸν, et pro ἄπιστα 274, hoc ipso scribarum errore ι et ει confundentium, habent nonnulli Codices ἄπειστα. Quare, ut ad nostrum locum revertar, pro ΒΟΛΒΟΣ ΤΙΣ ΚΟΧΛΙΑΣ vix dubito quin legendum sit ΒΟΛΒΟΣ, ΚΤΕΙΣ, ΚΟΧΛΙΑΣ, *apponebantur bulbus, pecten, cochlea*; contrario errore, pro ΤΗΝΟΣ versu septimo hujusce Idyllii Codex Mediceus habet ΚΤΗΝΟΣ; et hic pro βολβός Codex Vaticanus præbet, teste Sanctamando, βολβὸς τις accentu non inclinato; ΚΤΕΙΣ est *Pecten*, *Pectunculus marinus*, ex genere τῶν ὀστρακοδέρμων ζώων, Aristot. Athen. 88 B. Sunt autem κτένες, *pectines*, εὐστόμαχοι, εὔπεπτοι, εὐκοίλιοι, vide Horat. Sat. II. iv. 33,

OSTREA Circeiis, Miseno oriuntur echini,
PECTINIBUS patulis jactat se molle Tarentum,

et Ennii Phagesia p. 187. ΚΤΕΝΕΣ ἐκ Μιτυλήνης Philyll. Athen. 86 E,

Ἤδη δὲ προϊόντος, ἔδοξ' ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον
Ὥτινος ἤθελ' ἕκαστος· ἔδει μόνον ὥτινος εἰπῆν.

Speusipp. ibid. D κόγχους, ΚΤΕΝΑΣ, μῦς, πίννας, σωλῆνας. Ὄστρεα, πίννη, ὄστρεον, μῦς, ΚΤΕΙΣ, σωλὴν, κόγχη, inter quæ recenset ΚΟΧΛΙΑΣ, ibid. p. 88 D. Jam vero PECTINES, ostrea et cætera conchylia vulgo una cum BULBIS et COCHLEIS, ut hic apud Theocritum, mensæ apposita fuisse legimus. Vide modo cœnam Alexidos Athen. 63 F,

ΠΙΝΝΑΣ, ΚΑΡΑΒΟΝ,
ΒΟΛΒΟΥΣ, ΚΟΧΛΙΑΣ, κήρυκας, ᾠ' ἀκροκώλια,

et Xenarchi 64 A, cui accedat iterum Alexis Athen. 350 F,

ἐρῶντι δὲ, Κτήσων, τί μᾶλλον συμφέρει;
ἂν νῦν φέρων πάρειμι κήρυκας, ΚΤΕΝΑΣ,
ΒΟΛΒΟΥΣ, μέγαν τε πουλύπουν, ἰχθῦς θ' ἁδρούς.

Hanc conjecturam nostram calculis suis comprobavisse viros eruditos Hermannum, Meinekium, Duebnerum, Fritzschium, mihi sane perjucundum est.

Liceat jam alterum locum, diversi sane argumenti, indicare ubi Κ post Σ non sane, ut hic, omnino evanuit, sed in aliam abiit literam. In Ignatianarum Epistolarum ad Romanos III. p. 352, ed. Jacobson., leguntur hæ memoratu dignissimæ magni animi voces, Οὐδὲν φαινόμενον αἰώνιον, τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα, τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια· οὐ ΣΙΩΠΗΣ μόνον τὸ ἔργον ἀλλὰ μεγέθους ἐστὶν ὁ χριστιανισμός. Pro vitiosa voce σιωπῆς alia alii. Sed claro clarius est hoc velle Ignatium, 'Omnia quæ oculis apparent esse temporalia; et non *pompæ* sed *praxeos*, non *theatri* sed *vitæ*, *rem* esse Christianismum' (οὐκ εἰς τραγῳδοὺς χρηστὸν, ἀλλ' εἰς τὸν βίον, ut ait ille). Quare ad lectoris judicium referam num pro ΣΙΩΠΗΣ legendum sit ΣΚΟΠΗΣ (of *speculation*), quam vocem habet Æschyl. Ag. 280, 300, Suppl. 694, 767, et quæ *speculam* notat, vel partem *theatri*; Pollux IV. 127, 129. Sententiam Ignatianam expresserunt fusius Greg. Nyssen. de Scopo Christiano II. p. 733, S. Chrysost. II. 450, 712, 907, V. p. 682, ed. Savil. Omnino literæ $\bar{\sigma}$ hæc est forma, ut a librariis alteri literæ, ut fit, connexa corruptelas pepererit innumeras. De σχ et σθ cum χ et θ confusis diximus suprà ad I. 32, IX. 6, X. 35. Jam στ et π hinc confundi liquet, unde prope desperato Æschyli loco, Prom. 355, fortasse succurri poterit, τυφῶνα θοῦρον, ΠΑΣΙΝ ὃς ἀντέστη θεοῖς. Pro πᾶσιν mallem στάσιν; ἀντέστη στάσιν *adversam stationem tenuit contra Deos*, ut Eur. Orest. 1248 στῆναι τρίβον, Thuc. I. 37, θέσιν κειμένη, Eur. Bacch. 883 ΣΤΑΣΙΝ ΕΣΤΑΝΑΙ, Soph. Phil. 275 ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ ΣΤΗΝΑΙ, cp. Æschyl. Eum. 36. Non multo secus Horatius Carm. III. iv. 54 ipse, ut Æschylus, de γίγασι μαχηταῖς loquens,

Sed quid Typhoeus et validus Mimas,
Aut quid MINACI *Porphyrion* STATU...
Contra sonantem Palladis ægida
Possent ruentes?

Sancti Ignatii loco accedat alter, de condiscipulo ejus et co-Episcopo Polycarpo martyrium subeunte. Hodie in ejus Martyrio legitur (ed. Jacobson. II. 595, Patr. Apost. Coteler. II. 204, ed. 1724), ἐξῆλθε ΠΕΡΙΣΤΕΡΑ ΚΑΙ πλῆθος αἵματος, ὥστε κατασβέσαι τὸ πῦρ. Sed nihil de illâ *columbâ* audiverat Rufinus, nihil Nicephorus, nihil Codicis Pratellensis scriba, nihil Eusebius,

Ἄμμες μὲν φωνεῦντες ἐπίνομες, ὡς ἐδέδοκτο·
Ἁ δ' οὐδέν, παρεόντος ἐμεῦ· τίν' ἔχεν με δοκεῖς νοῦν;
Οὐ φθεγξῇ; Λύκον εἶδες, ἔπαιξέ τις, ὡς σοφὸς εἶπεν,
Χ' ἥφθα· εὐμαρέως κεν ἀπ' αὐτᾶς καὶ λύχνον ἅψαις.
Ἐντὶ Λύκος, Λύκος ἐντί, Λάβα τῶ γείτονος υἱός,
Εὐμάκης, ἁπαλός, πολλοῖς δοκέων καλὸς ἦμεν·
Τούτω τὸν κλύμενον κατετάκετο τῆνον ἔρωτα·
Χἀμῖν τοῦτο δι' ὠτὸς ἔγεντό ποχ' ἅσυχον οὕτως.
Οὐ μὰν ἐξήταξα, μάταν εἰς ἄνδρα γενειῶν.
Ἤδη δ' ὦν πόσιος τοὶ τέτταρες ἐν βάθει ἦμες,
Χὠ Λαρισσαῖος τὸν ἐμὸν Λύκον ᾆδεν ἀπ' ἀρχᾶς

martyrium Polycarpi ita describens (Hist. Eccl. IV. 15) *ἐκέλευσαν κομφέκτορα παραβῦσαι ξίφος* (*ξιφίδιον* habet Martyrium Polyc.) *they ordered the executioner to plunge his sword* in corpus Sancti Martyris, unde exsiluit tam largum flumen sanguinis ut eo flamma extingueretur. Quare in Martyrio Polycarpi pro *ἐξῆλθε περιστερὰ καὶ πλῆθος αἵματος* legendum *ἐξῆλθε* ΠΕΡΙ ΣΤΥΡΑΚΑ *πλῆθος αἵματος*, *exiit circa capulum pugionis copia sanguinis.* **Στύραξ** Ammonio interprete est *ἀκοντίου ξύλον.* Denique in S. Hieronymi Epist. 84 ad Magnum pro *conto ilia confossus* quidem MSS. habent *contumelia confossus.*

22 *Λύκον εἶδες.* Virg. Eclog. IX. 53, *Vox quoque Mœrin Jam fugit ipsa,* LUPI MŒRIN *videre priores;* unde Sanctus Ambrosius, assiduus Virgilii, præcipue verò Georgicon, in Hexaemero suo imitator, et a Virgilii interprete diligentissime legendus, ad D. Lucam x. 3, *Lupi, si quem priores hominem viderint, vocem ejus feruntur eripere;* unde doctissimi et humanissimi Schaeferi conjecturam, *Λύκος εἶδέ σ'*, si Codices adstipularentur, non illibenter amplecterer: sed vulgata a Donato ad Terent. Adelph. IV. i. 22, commemoratur, et sensum idoneum fundit, si, quod narrat Antistes Mediolanensis, *lupum priorem ab homine visum exagitari* memineris, ita ut dixerit poeta '*Nonne eloqueris? tu enim muta non es, utpote quæ non prior a Lyco* (*λύκῳ*) *aspecta fueris, sed quæ eum prior aspexeris et ad amoris insaniam adegeris; et tu eum mihi præfers et meum nomen proferre recusas.*'

23 *χῆφθα.* Codices *κήφατ'* vel *κῆφατο.* *κῆφα* Cant. Sed *χῆφθα* vel *χἄφθη* lectio est conjecturâ fulta, a Stephano quidem, Wintertono, et aliis in textum recepta (vide II. 25), sed post Valckenærium paucis probata. Inconcinnum enim *ἥφθη accensa est* pro *exarsit;* inconcinnius etiam ante *ἅψαις.* Verbum sane desiderari, quod inflammandi habeat notionem, in confesso est: neque aliud aptius inventum iri credo quam *ἥθετο.* Quare pro Codicum lectione ΚΗΦΑΤΟ rescribi mallem ΚΗΙΘΕΤΟ. Hesych. *αἴθεσθαι, καίεσθαι· αἴθεται, καίεται λαμπρῶς.* Noster II. 39 *ἐπὶ τήνῳ πᾶσα* ΚΑΤΑΙΘΟΜΑΙ, VII. 56 *ἔρως* ΚΑΤΑΙΘΕΙ, VII. 102 ΑΙΘΕΤ' *ἔρωτι.* Pindar. Olymp. II. 1, ΑΙΘΟΜΕΝΟΝ *πῦρ*, Frag. 48, ΑΙΘΟΜΕΝΑ *δάς.*

Θεσσαλικόν τι μέλισμα· κακαὶ φρένες· ἁ δὲ Κυνίσκα
Ἔκλαεν ἐξαπίνας θαλερώτερον ἢ παρὰ ματρὶ
Παρθένος ἑξαέτις κόλπω ἐπιθυμήσασα.
Τᾶμος ἐγών, τὸν ἴσης τύ, Θυώνιχε, πὺξ ἐπὶ κόῤῥας
Ἤλασα, κἄλλαν αὖθις· ἀνειρύσασα δὲ πέπλως,
Ἔξω ἀπῴχετο θᾶσσον. Ἐμὸν κακόν, οὔ τοι ἀρέσκω;
Ἄλλος τοι γλυκίων ὑποκόλπιος; ἄλλον ἰοῖσα
Θάλπε φίλον· τήνῳ τὰ σὰ δάκρυα μᾶλα ῥέοντι.
Μάστακα δ' οἷα τέκνοισιν ὑπωροφίοισι χελιδὼν
Ἀψοῤῥον ταχινὰ πέτεται, βίον ἄλλον, ἀγείρεν·
Ὠκυτέρα μαλακᾶς ἀπὸ δίφρακος ἔδραμε τήνα
Ἰθὺ δι' ἀμφιθύρω καὶ δικλίδος, ᾇ πόδες ἆγον·

38 τήνῳ τὰ σὰ δάκρυα μᾶλα ῥέοντι, Kiesslingio interprete, *tuæ lacrymæ pro pomis fluunt.* Alii λαρὰ conjiciunt, alii μαχλὰ, vel μαχλέ. Sed leviore manu res agenda est. Sensus est, alium quære amasium, me enim ludibrio habes; *illi* tuæ fluunt lacrymæ, non *mihi: Illi* (ut Horatianum adhibeam) non "*color* tuus *Certâ sede manet;* HUMOR *et in* GENAS *furtim labitur;*" ILLI *manat multa tuas* LACRYMA *per* GENAS. Quare pro δάκρυα mallem legere δάκρυσι; et locum interpretari, *Illi tuæ genæ* LACRYMIS *madent,* non mihi; nam in Codd. MSS. σι (*i. e.* ϲι) in ᾱ facillime et creberrimè abiit. Hinc in Bione I. 61, pro θηρσὶ παλαίειν, hoc ipso errore quo nunc δάκρυα pro δάκρυσι, habet Cod. Med. θῆρα παλαίειν. Sic μανύαν pro μάνυσιν habent libri infra XXI. 38. Μᾶλα (unde Latine MALÆ) sunt in ore humano superiora GENARUM teste Polluce II. 87, hinc Lucian. II. 463, τὰ ΜΗΛΑ καὶ ὅσα τῆς ὄψεως ἄντωπα παρ' Ἀλκαμένους λήψεται. Vide et Rufum Ephesium de appellationibus p. 531, et p. 551. ΜΗΛΑ, inquit, *malæ* et priscis Latinis *Genæ;* ΜΗΛΑ pro *genis* habent Alexandrini Interpretes in Canticis Solomonis iv. 3, vi. 6, ubi Symmachus παρειαί. Comparari potest nostri Epigramma VI. I,

τί τοι πλέον εἰ καταταξεῖς
ΔΑΚΡΥΣΙ διγλήνους ΩΠΑΣ ὀδυρόμενος;

Apollon. III. 1064, λιαροῖσι ΠΑΡΗΙΔΑ ΔΑΚΡΥΣΙ δεῦεν, et instar omnium Moschus IV. 57,

ΔΑΚΡΥΑ ΜΗΛΩΝ
κόλπον ἐς ἱμερόεντα κατὰ βλεφάρων ἐχέοντο,
ὣς δ' αὔτως ΔΑΚΡΥΟΙΣΙ ΠΑΡΗΙΑ λεύκ' ἐδίαινεν
Ἀλκμήνη,

ubi etiam verbum plurale post neutrum plurale habes, ut in hoc Theocriti loco et centies apud Bucolicos; jam *dativi* post ῥέοντι exemplum præbet illud Euripideum Bacch. 142,

ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον, ῥεῖ δ' οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελισσῶν
Νέκταρι.

Conjecturam hanc nostram arrisisse valde gaudeo viris eruditis, Bergkio, Ahrensio et Fritzschio.

39 ἀηδὼν Burn. cum γρ. χελιδών.

Αἶνος θὴν λέγεταί τις, ἔβα καὶ ταῦρος ἀν' ὕλαν.
Εἴκατι ταίδ', ὀκτὼ ταίδ', ἐννέα ταίδε, δέκ' ἄλλαι,
Σάμερον ἐνδεκάτα, ποτίθει δύο, καὶ δύο μᾶνες,
Ἐξ ὦ ἀπ' ἀλλάλων, οὐδὲ Θρᾳκιστὶ κέκαρμαι.
Οἶ δὲ Λύκος νῦν πάντα, Λύκῳ καὶ νυκτὸς ἀνῷκται·
Ἄμμες δ' οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι, οὔτ' ἀριθματοί,
Δύστανοι Μεγαρῆες, ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρᾳ.
Κεἰ μὲν ἀποστέρξαιμι, τὰ πάντα κεν εἰς δέον ἕρποι·
Νῦν δέ ποθ', ὡς μῦς, φαντί, Θυώνιχε, γεύμεθα πίσσας.
Χὤ, τι τὸ φάρμακόν ἐστιν ἀμηχανέοντος ἔρωτος,
Οὐκ οἶδα· πλὰν Σῖμος, ὁ τᾶς Ἐπιχάλκω ἐρασθείς,
Ἐκπλεύσας ὑγιὴς ἐπανῆλθ', ἐμὸς ἁλικιώτας.
Πλευσοῦμαι κἠγὼν διαπόντιος, οὔτε κάκιστος,
Οὔτε πρᾶτος ἴσως, ὁμαλὸς δέ τις ὁ στρατιώτας.

43 αἶνος θὴν λέγεταί τις, ἔβα καὶ ταῦρος ἀν' ὕλαν,

ἔβα κεν ταῦρος Burn. ut quatuor Codices apud Gaisfordium; quatuor etiam ἔβακε, quatuor ἔβα κενταῦρος, unus Sanctamandi sine καὶ et multi Codices Gailiani. Quare pro ΤΙΣ ΕΒΑ ΚΕΝ ΤΑΥΡΟΣ legere mallem ΤΙ, ΒΕΒΑΚΕΝ ΤΑΥΡΟΣ: nam ἔβα, in *aoristo* tempore, vix placet, et ἔβα κεν, hoc sensu, solœcum. De βέβακεν Wellauer. Æschyl. Ag. 37, et, quem citat, Erf. Soph. Trach. 40. Sensus est, 'Proverbium fertur nescio quid, *abiit taurus in sylvam*. *Victus abit, longeque ignotis exulat oris*,' ut de tauro suo ἀτιμαγέλᾳ Virgilius, et ut Sophocles, Œd. Tyr. 476,

φοιτᾷ γὰρ ὑπ'
ἀγρίαν, ὕλαν, ἀνά τ' ἄντρα καὶ
πέτρας ἅτε ΤΑΥΡΟΣ μέλεος
μελέῳ ποδὶ χηρεύων.

Vide supr. IX. 3. Hesych. ΒΕΒΑΚΕΝ, ΟΙΧΕΤΑΙ.

46 οὐδὲ Θρᾳκιστὶ κέκαρμαι, i.e. *ne Thracum quidem more tondeor;* de quibus Herod. I. 122; vel ut locum enarrat Scholiastes, διὰ τὸ ἀπηντημέναι μοι, οἱονεὶ οὐ μεταμεμόρφομαι οὐδὲ Θρακιστὶ, quæ, corruptissima sanè, sic, ut arbitror, restituenda sunt, διὰ τὸ ἀπηρτηκέναι μοι, οἱονεὶ οὐ μετακεκορύφωμαι, *quia a me se separavit, verticem capitis intonsum habeo*: de κορυφῇ multa Naekius ad Chœrilum p. 130—144, cujus verba αὐχμαλέοι κορυφὰς τροχοκουράδες cum Theocriteis comparari possunt. Cæterum hæc iis adde quæ de κ̄ et μ̄, ν̄ et ρ̄, confusis diximus ad XI. 67.

47 ἡ δὲ Λύκου νῦν πάντα Burn. non male, cum quo conspirare videntur Codd. plurimi, ἁ δὲ Λύκῳ (an Λύκω?) exhibentes, οἶ δὲ Λύκος alii. ἁ δὲ λύκω Cant.

55 οὔτε κάκιστος
οὔτε πρᾶτος ἴσως, ὁμαλὸς δέ τις ὁ στρατιώτας.

Nihil variant Codices nisi quod Ben. V. habet corruptè ὁ μᾶλλος οὐδέ τις: pro ὁ, ὡς dederunt editores nonnulli:

ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

Ὤφελε μὰν χωρῆν κατὰ νοῦν τεὸν ὧν ἐπιθυμεῖς,
Αἰσχίνα. εἰ δ' οὕτως ἄρα σοὶ δοκεῖ, ὥστ' ἀποδαμεῖν,
Μισθοδότας Πτολεμαῖος ἐλευθέρῳ οἷος ἄριστος.

ΑΙΣΧΙΝΗΣ.

Τἆλλα δ' ἀνὴρ ποῖός τις;

ΘΥΩΝΙΧΟΣ.

Ἐλευθέρῳ ὅστις ἄριστος,
Εὐγνώμων, φιλόμωσος, ἐρωτικός, εἰς ἄκρον ἁδύς·
Εἰδὼς τὸν φιλέοντα, τὸν οὐ φιλέοντ' ἔτι μᾶλλον·
Πολλοῖς πολλὰ διδούς· αἰτεύμενος, οὐκ ἀνανεύων,
Οἷα χρὴ βασιλῆ'· αἰτεῖν δὲ δεῖ οὐκ ἐπὶ παντί,

sed, ut mihi quidem videtur, hoc ait Æschines, 'Unde amori mederi possim vix invenio. Atqui Simus, æqualis meus, miles factus navigatione se curavit. Navigabo ego quoque: πλευσοῦμαι κἠγὼν διαπόντιος: ego morbo laborans quo ille; ego navigaturus ut ille; ego neque pessimus militum neque sane optimus sed ferè æqualis *illi?*' Quare pro ὁ legendum puto 'ΟΙ *illi*, hoc est, *Simo*, supra nominato, v. 53, ὁμαλὸς *par*, ita cum dativo noster XX. 50 ἀλλάλοις ὁμαλοί: cæterum haud scio an ΔΕ ΓΕ ΟΙ potius quam δέ τις οἱ malit quis propter ea quæ de τις et similibus ante οἱ *non corripiendis* dixit Hermannus ad Orphica p. 774. Quibuscum conferas quæ disputavit Wellauer. ad Apollon. Arg. I. 1208 ὥς κεν οἱ ὕδωρ, quam lectionem miror eum probasse, quum κε verum ei debebat videri dicturo ad III. 1205, τὸ μὲν (μὲν *correpto*) οἱ 'falsum esse docet metrum.' Vide eundem ad I. 643. Sed in contrariam partem vide infrà XV. 112 πὰρ μέν οἱ ὥρια κεῖται, et, quem advocat Fr. Wuestemannus, Jacobs. Not. Crit. Anthol. Pal. p. 135 et p. 904, 'γάρ οἱ, correptum γὰρ, ut ap. Homer. Il. β. 665, λ. 339, ψ. 865, ω. 72. Sic etiam infra p. 192, n. 266. ἐφάνη γάρ οἱ αὐτὰ Mosch. IV. 25, 42 et in plurimis aliis locis, quæ ut omnia cum Herm. ad Orp. p. 775 pro depravatis habeam, a me impetrare non possum.' Hæc ille: cf. nostrum XXII. 112, et XXIV. 42, ubi vocalis brevis ante οἱ eliditur, et Bion. II. 7. De Homerico quidem usu vide Brandrethum ad Iliad. α, v. 72; cui ob vim et naturam Literæ Æolicæ accuratissime indagatam plurimum debent harum literarum studiosi.

Nostræ huic conjecturæ adstipulantur Doederlinus et Hartungus, et eam quodammodo confirmare videtur Scholiastes M adscribens οὐκ ἐλάττων εἰμὶ ἐκείνου et alius Scholiastes προέχων ἐκείνου.

Αἰσχίνα· ὥστ' εἴ τοι κατὰ δεξιὸν ὦμον ἀρέσκει
Λῶπος ἄκρον περονᾶσθαι, ἐπ' ἀμφοτέροις δὲ βεβακὼς
Τολμασεῖς ἐπιόντα μένειν θρασὺν ἀσπιδιώταν,
Αἶ τάχος εἰς Αἴγυπτον· ἀπὸ κροτάφων πελόμεσθα
Πάντες γηραλέοι, καὶ ἐπισχερὼ ἐς γένυν ἕρπει
Λευκαίνων ὁ χρόνος· ποιῆν τι δεῖ, ἇς γόνυ χλωρόν.

῾ΥΠΟΘΕΣΙΣ [a]ΤΟΥ ΠΕΜΠΤΟΥ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

᾿ΕΠΙΓΡΑΦΕΤΑΙ *μὲν τὸ εἰδύλλιον Συρακούσιαι ἢ ᾿Αδωνιάζουσαι· ([b]τὰ δὲ πράγματά εἰσιν ἐν ᾿Αλεξανδρείᾳ·) ὑποτίθεται [c]γάρ τινας, Συρακουσίας τὸ γένος, παρεπιδημούσας ἐν ᾿Αλεξανδρείᾳ, καὶ κατὰ [d]τάξιν ἐπὶ θέαν ἐξιούσας τῆς πομπῆς τοῦ [e]κοσμηθέντος ᾿Αδώνιδος ὑπὸ ᾿Αρσινόης τῆς Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου γυναικός. ῎Εθος γὰρ εἶχον οἱ ἐν ᾿Αλεξανδρείᾳ ἐν τοῖς ᾿Αδωνίοις καλουμένοις (ἑορτὴ δὲ ἦν ὑπὲρ τοῦ ᾿Αδώνιδος τελουμένη,) κοσμεῖν εἴδωλα τοῦ ᾿Αδώνιδος, καὶ μετὰ τῶν ὑπερεχουσῶν ἐπὶ τὴν θάλατταν κομίζειν. Παραγίνεται ἡ Γοργὼ πρὸς Πραξινόην, καὶ παραλαβοῦσα αὐτὴν ἐξέρχονται ἐπὶ τὴν θέαν. Παρέπλασε δὲ τὸ ποιημάτιον ἐκ τῶν παρὰ Σώφρονι θεμένων (vide ad* XV. 7) *τὰ ῎Ισθμια. ῎Εστι δὲ κεχωρισμένον τοῦ ποιητικοῦ προσώπου· καὶ γὰρ πρόσωπα εἰσάγονται, ἥ τε Γοργὼ,*

[a] Deest hoc Eid. in Colb. Argumentum sic legitur in Coislin.:

᾿Επιγράφεται μὲν τὸ εἰδύλλιον Συρρακούσιαι ἢ ᾿Αδωνιάζουσαι. ῾Υποτίθεται δὲ γυναῖκας Συρρακουσίας τὸ γένος, ἐπιδημούσας ἐν ᾿Αλεξανδρείᾳ καὶ τοῦ σύνταξιν (sic) *ἐπὶ θέαν ἐξιούσας τῆς πομπῆς τοῦ κοσμηθέντος ᾿Αδώνιδος ὑπὸ ᾿Αρσινόης τῆς τοῦ Φιλαδέλφου γυναικός. ῎Ερχεται δὲ Γοργὼ πρὸς Πραξινόην, καὶ παραλαβοῦσα αὐτὴν, ἐξέρχεται ἐπὶ θέαν. παρέπλασε δὲ τὸ ποιημάτιον ἐκ τῶν περὶ σώφρο*[ν]*. ῎Εθος δὲ ἔχουσιν οἱ κατὰ ᾿Αλεξάνδρειαν κοσμήσαντες εἴδωλον τοῦ ᾿Αδώνιδος ἐν τοῖς ᾿Αδωνίοις μετὰ νομιζομένων ἐπὶ τὴν θάλατταν κομίζειν· αἱ δὲ Συρρακούσιαι ἐξελθοῦσαι τῶν εἴκων θαυμάζουσι τὸν ὄχλον. ὅσα τε γὰρ ἐν ὄχλῳ διατρέφει ὁ Θεόκριτος ἐπιδημήσας εἰς ᾿Αλεξάνδρειαν, χαριζόμενος τῇ βασιλίδι τόν τε σκυλμὸν καὶ βιασμὸν τῶν ἀνδρῶν καὶ ᾄδουσαν τινὰ, καὶ τὴν πολυτέλειαν τῆς ᾿Αρσινόης δι᾽ ᾠδῆς ἀπαγγέλλουσαν.*

[b] Uncis inclusa desunt Call.

[c] *δὲ* Call.

[d] *σύνταξιν* Call.

[e] *κομισθέντος* Call.

καὶ ἡ Πραξινόη, καὶ ἡ τῆς Πραξινόης θεράπαινα· ἄρχεται δὲ Γοργώ· Προϊόντος δὲ τοῦ εἰδυλλίου καὶ ἕτερα πρόσωπα παρεισάγονται, Γραῦς τις, ἀνὴρ, καὶ γυνὴ Ἀοιδός.

Ultimorum loco hæc prostant in Ed. Rom. Αἱ δὲ Συρακούσιαι, ἐξελθοῦσαι τῶν οἴκων, θαυμάζουσι τὸν ὄχλον, καὶ ὅσα ἐν τῷ ὄχλῳ. Διαγράφει δὲ ὁ Θεόκριτος ἐπιδημούσας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ χαριζόμενος τῇ βασιλίδι, τόν τε σκυλμὸν καὶ βιασμὸν τῶν ἀνδρῶν, καὶ ᾄδουσαν τινὰ, καὶ τὴν πολυτέλειαν τῆς Ἀρσινόης δι' ᾠδῆς ἀπαγγέλλουσαν.

ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΑΙ Η ΑΔΩΝΙΑΖΟΥΣΑΙ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ιε´.

ΓΟΡΓΩ, ΠΡΑΞΙΝΟΗ, ΓΡΑΥΣ, ΞΕΝΟΣ, [ἝΤΕΡΟΣ ΞΕΝΟΣ, ΓΥΝΗ ἈΟΙΔΟΣ.]

ΓΟΡΓΩ.

ἜΝΔΟΙ Πραξινόα;

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Γοργοῖ φίλα, ὡς χρόνῳ· ἔνδοι·
Θαῦμ', ὅτι καὶ νῦν ἦνθες· ὅρη δίφρον, Εὐνόα, αὐτᾷ·
Ἔμβαλε καὶ ποτίκρανον.

ΓΟΡΓΩ.

Ἔχει κάλλιστα.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Καθίζευ.

ΓΟΡΓΩ.

Ὦ τᾶς ἀδαμάτω ψυχᾶς· μόλις ὔμμιν ἐσώθην,

1 Citat Joannes de Tonis Dindorf. 33. 11, ἔνδοι pro ἐνδοῖ ex Herodiano Buttmannus G. G. § 116.

2 'ὅρη, *see for*. Cic. Epist. ad Att. v. 1, *Antecesserat Statius ut prandium nobis videret.* Terent. Heautontim. III. 1. 50, *asperum Pater, hoc est; aliud lenius, sodes, vide*,—ubi male Nonius s. v. *asperum*, *para.* ἰδεῖν Soph. Ajac. 1165. Juvenal Sat. VIII. 96, *Præconem, Chærippe, tuis circumspice pannis.*' J. W.

3 'Hom. Odyss. τ. 97, Εὐρυνόμη φέρε δὴ δίφρον καὶ κῶας ἐπ' αὐτοῦ. De hoc sedilia sternendi more vide Blomfield. præf. Pers. p. III. sq.' J. W.

4 Pro ἀδαμάτω multi Codices Gailiani ἀδεμάτω, sed ᾱ et ε̄ sæpe confundi notissimum, vide XIII. 66, infr.

Πραξινόα, πολλῶ μὲν ὄχλω, πολλῶν δὲ τεθρίππων·
Παντᾷ κρηπῖδες, παντᾷ χλαμυδηφόροι ἄνδρες·
Ἁ δ' ὁδὸς ἄτρυτος· τὺ δ' ἑκαστοτέρω ἐμ' ἀποικεῖς.

v. 7, et ἀδαμάτου quatuor apud Gaisf. ἀδαμάτου Burn. ἀδειμάντου Cant.

7 ἁ δ' ὁδὸς ἄτρυτος, τὺ δ' ἑκαστοτέρω ἐμ' ἀποικεῖς. Ita Burn. et plerique Codices. ἑκαστοτέρω ἐμεῦ οἰκεῖς Canon. 'Sed ἐμ,' Kiesslingii verbis utor, 'haud dubie vitiosum.' Scaligeri μεῦ probarunt Stephanus, Salmasius, Hemsterhusius. Valckenaerius ἑκαστέρω ἄμμιν dedit. Hermannus ἐμεῦ ἀφ' ἑκαστέρω οἰκεῖς. ἑκαστέρω ὦ μελ' Meineke et Fritzsch. Et ἑκαστοτέρω rectè tuentur Kiesslingius et Wuestemannus; nam in his superlativis formandis multa poetis licentia permittenda et præsertim iis, qui, ut Sophron, quem in hoc Idyllio expressit Theocritus, familiarem τῶν χυδαίων sermonem imitantur. Notum enim est Sophronem in mimis ἐκ προαιρέσεως σολοικίζειν; vide Valcken. Adon. p. 201 A. Jam si lectione Canonicianâ ἐμεῦ οἰκεῖς quis acquiesceret, non repugnarem, sed tamen hoc dicere mihi videtur Gorgo, *Via est laboriosa; simul et tu longius ab urbe habitas; rure lates;* quod fatetur mox ipsa Praxinoa, ταῦθ' ὁ πάραρος τῆνος ἐπ' ἔσχατα γῆς ἔλαβ' ἐνθών. Quare equidem pro ἐμ' suspicor legendum ἅμ', i.e. *præterea, simul, insuper*, quâ voce, ultimâ quoque elisâ, bis in hoc ipso Idyllio usus est Theocritus, v. 68, v. 116. Habet quoque ἅμα decem aliis in locis. Hiatus idem est qui infra v. 122,

ὦ ἔβενος, ὦ χρυσός, ὦ ἐκ λευκῶ ἐλέφαντος.

Et ἅμα *præterea*, ut Latine *simul*, passim legitur. Soph. Alet. VII. 3,

τοὺς δ' ὄντας ἐσθλούς, ἔκ τε γενναίων ἅμα.

Vide Herman. Philoctet. 1150, Thuc. I. 37, καὶ ἡ πόλις ἅμα αὐτάρκη θέσιν κειμένη. Xenophon de Re Equestri 10. 17, σοβαρὸν καὶ ἅμα ἡδὺν καὶ ἅμα γοργὸν ἰδεῖν, Heliodor. I. 8, οὐκ ἐκ καιρῷ γένοιτ' ἂν καὶ ἅμα οὐκ ἂν ἐπαρκέσειε, Alciphron III. 38, ἦν δὲ οὗτος ἅμα λαμπρὰ ζημία.

Quod ad confusas ἐμ' et ἅμ' spectat; optime θαμένων τὰ Ἴσθμια pro θεμένων reposuit doctissimus Blomfieldius, Mus. Crit. II. 346. Bothii ἑκὼν pro omnium Codicum lectione ἄκων Soph. Œ. Col. 521, nuper recepit Dindorfius, ut et Elmsleii ἐνδώσειν Œ. C. 1076 pro ἂν δώσειν, sic ἀφίσταμαι et ἀμφίσταμαι habent Laurentiani Codices, Elect. 192, pro ἐφίσταμαι. Vide etiam Porsonum Phœniss. 1076, Dobræi Adversaria, I. p. 93, supr. ad XIV. 4. Denique ἐμὸν et ἁμὸν confusa videbis a librariis Soph. Elect. 279, 588, 1496, Philoct. 1314; et ε et α permutatas centies in Theocriti Codicibus; vide ad XIII. 68. Habes, inquam, ἐπαχθῇ pro ἀπεχθῇ I. 141, ἀτρακὶς pro ἀτρεκὲς II. 151, λεγελαῦντι pro λαλαγεῦντι V. 48. Infra XVII. 37, ἀπεμάξατο et ἐπεμάξατο præbent Libri; in quarto jam supra hujus ipsius Idyllii versu habes in nonnullis Codicibus ἀδεμάτου et ἀδαμέτου pro ἀδαμάτου, habes denique ἀμᾶς pro ἐμᾶς II. 146, ἀμὶν pro ἐμὶν III. 49, hoc ipsum ἐμὰ pro ἅμα XX. 39.

Conjecturam nostram ἅμα, 'si quid mutandum,' probat Duebnerus.

Liceat ex hac observatione medicinam loco Bionis corruptissimo petere XV. 7. De Achille loquitur apud Lycomedem delitescente,

πῶς παῖς ἕσσατο φᾶρος, ὅπως δ' ἐψεύσατο μορφάν,

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Ταῦθ᾽ ὁ πάραρος τῆνος ἐπ᾽ ἔσχατα γᾶς ἔλαβ᾽ ἐνθών,
Ἰλεόν, οὐκ οἴκησιν, ὅπως μὴ γείτονες ὦμες
Ἀλλάλαις, ποτ᾽ ἔριν, φθονερὸν κακόν, αἰὲν ὅμοιος.

ΓΟΡΓΩ.

Μὴ λέγε τὸν τεὸν ἄνδρα, φίλα, Δίνωνα τοιαῦτα,
Τῶ μικκῶ παρεόντος· ὅρη, γύναι, ὡς ποθορῇ τυ.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Θάρσει, Ζωπυρίων, γλυκερὸν τέκος· οὐ λέγω ἀπφύν.

ΓΟΡΓΩ.

Αἰσθάνεται τὸ βρέφος, ναὶ τὰν πότνιαν, καλὸς ἀπφύς.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Ἀπφὺς μὰν τῆνος πρώαν (λέγομες δὲ πρώαν θὴν

χῶπως ἐν κώραις Λυκομηδίσιν ἀπαλέγοισα
ἀηδήνη τ᾽ ἄπαστον Ἀχιλλέα Δηϊδάμεια.

Pro ἄπαστον optime ἄπυστον Toupius: pro ἀηδήνη τ᾽ tres Codices ἀηδῆναι τ᾽, unus ἀειδῆναι τ᾽: mallem ᾽ΗΕΙΔΗ ᾽ΕΤ᾽ ᾽ΑΠΥΣΤΟΝ *noverat adhuc ignotum* (habes ᾽ΗΕΙΔΗΣ Homer. Il. χ. 280, ᾽ΗΕΙΔΗ Od. ι. 206, οὐδέ τις αὐτὸν ᾽ΗΕΙΔΗ δμώων) quæ ipsa Bionis verba sua fecisse videtur Statius, idem argumentum tractans, Achilleidos I. 560:

At procul occultum falsi sub imagine sexus
ÆACIDEN *furto jam* NOVERAT UNA *latentem*
DEIDAMIA *virum.*

Vides, inquam, ipsa fere Bionis verba. Quid pro ἀπαλέγοισα, vel, ut duo habent Codices, ἀπαλέγοισαι, rescribendum? Equidem conjicerem κῆν πῶς (nam ita Codices pro vulgatâ lectione χὤπως) ἐν κώραις Λυκομηδίσι· καὶ λαλαγεῦσα ᾔειδη ἔτ᾽ ἄπυστον Ἀχιλλέα Δηϊδάμεια (nam inter *cantandum* agnovit Achillem, vide supra ad I. 136). λαλαγεῦσα· ἐμμελῶς φωνοῦσα Suid.

Hæc de elementis ᾱ et ῑ confusis, quibus illud quoque bonâ cum lectoris veniâ adjungi velim, ab iis quæ jam diximus fortasse accedere, Æschyli Sept. C. Thebas verss. 83 sq. ᾽ΕΛΕΔΕΜΝΑΣ πεδιοπλόκτυπος ὠσὶ χρίμπτεται ΒΟΑ, ποτᾶται, βρέμει δίκαν ὕδατος ὀροτύπου. De *fremitu* exercitus Argivi loquitur, quem MARIS *æstuosi* furori comparat. Pro ἐλεδεμνὰς Rob. ἐλιδεμνὰς. In loco ancipiti, licet esse audaciorem. Suspicor pro ΕΛΙΔΕΜΝΑΣ legi debere ΑΛΙΜΕΝΟΣ, *importuosus, infinitus.* Interpretis loco sit Soph. Œ. T. 420 ΒΟΗΣ δὲ τῆς σῆς ποῖος οὐκ ἔσται ΛΙΜΗΝ;

8 ‘ἔλαβε *emit*, vid. Valck. p. 240 B, coll. Ast. ad Theophrast. Charact. XVIII. p. 164.’ J. W.

10 ἐμεῖο Cant.

11 μὴ λέγε τὸν τεὸν ἄνδρα: vide tamen quæ de *suo* marito Gorgo dictura sit v. 147.

14 Sic Gaisford. ex Codicibus pro πότναν, vide Hermann. Eur. Bacch. 367.

15 (λέγομες τὰ πρώαν θὴν Πάντα)

Πάντα) νίτρον καὶ φῦκος ἀπὸ σκανᾶς ἀγοράσδων,
Κῆνθε φέρων ἅλας ἅμμιν, ἀνὴρ τρισκαιδεκάπαχυς.

ΓΟΡΓΩ.

Χὠμὸς ταὐτά γ' ἔχει, φθόρος ἀργυρίω, Διοκλείδας·
Ἑπταδράχμως κυνάδας, γραιᾶν ἀποτίλματα πηρᾶν,
Πέντε πόκως ἔλαβ' ἐχθές· ἅπαν ῥύπον, ἔργον ἐπ' ἔργῳ.
Ἀλλ' ἴθι, τὠμπέχονον καὶ τὰν περονατρίδα λαζεῦ.
Βᾶμες τῶ βασιλῆος ἐς ἀφνειῶ Πτολεμαίω,
Θασόμεναι τὸν Ἄδωνιν· ἀκούω χρῆμα καλόν τι
Κοσμῆν τὰν βασίλισσαν· ἐν ὀλβίῳ ὄλβια πάντα.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Ὧν εἶδες χὤν εἶπας ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι.

Herman. 'ut et Codices præbent et poscit sententia.' δὲ omittit Burn. et Canon.

'πρώην: τὴν τρίτην ἡμέραν, λέγουσι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἐπάνω ἡμερῶν. Phot. Lexic. s.v. πρώην, proprie *nudius tertius*, ut apud Thucyd. III. 113 hinc in universum *nuper*, vid. Gataker. Antonin. X. § 7, p. 355, ed. Cantab.' J. W.

16 'νίτρον. *Lomentum* aut *nitrum* Cic. Epist. Famil. VIII. 14. Conf. Ruhnken. ad Timæum p. 272. Ast. ad Plat. Polit. Lib. IV. p. 430. A. Schweigh. Lexic. Herodot. s. v. λίτρον.' J. W.

17 ἦνθε Cant. et sic editores nonnulli, sed καὶ in ἦνθε indignantis est, et vim verbo addit: et hanc lectionem tuentur Codices Gailiani.

19 ἑπταδράχμως κυνάδας, sic præter Codd. Gaisfordianos habent Burn. Canon. et Cant. Sensus esse videtur *emit septenis drachmis*, vide Bentleium de Epistolis Phalarideis § XIV., de hoc loco disserentem. ἑπταδράχμω Valcken. et hoc habet G et verum videtur.

Sed ab his nundinationibus Alexandrinis paulisper Hipponem devertamur, ut corrupto S. Augustini loco, ubi de mercatoriis item tabernis agitur, mederi conemur. Ille igitur, in nobilissimis illis in Psalmos Commentariis ad Psalm. lxiii. ita scribit, prope a fine; '*Nonne si vis hodie fit, nonne si vis modo fit? Quid empturus es ut facias? Quæ* SIMPLASIA *quæsiturus?*' Quid sint ista SIMPLASIA nos ignorare patiuntur Benedictini; et in novissimâ sancti Patris editione, quam magno cum sacrarum litterarum emolumento nuper procurarunt Parisienses, nihil varietatis ex Codicibus allatum videmus nisi prodigiosam lectionem TEMPLA ASIÆ. Vulgo EMPLASTRA. Quid multa? Lege SEPLASIA—Gloss. Cyrill. SEPLASIUM, Παντοπωλεῖον. De vocis origine consuli potest J. G. Grævius, ad Ciceronis Orat. c. Pison. II. SEPLASIA sunt σκηναὶ ἀγοραῖοι quales erant eæ de quibus hic v. 16 loquitur noster.

21 'περονατρίδα, conf. Valck. et Wessel. Herodot. V. 87.' J. W.

23 θασόμεθ'. Cant.

24 ἐν ὀλβίῳ. Hæc verba Praxinoæ attribuunt nonnulli Codices et Editores: fortasse rectè.

ΓΟΡΓΩ.

Ἕρπην ὥρα κ' εἴη· ἀεργοῖς αἰὲν ἑορτά.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Εὐνόα, αἶρε τὸ νᾶμα, καὶ ἐς μέσον, αἰνόθρυπτε,
Θὲς πάλιν· αἱ γαλέαι μαλακῶς χρῄσδοντι καθεύδεν·
Κινεῦ δή, φέρε θᾶσσον ὕδωρ· ὕδατος πρότερον δεῖ.
Ἃδ' ὡς νᾶμα φέρει· δὸς ὅμως· μὴ πουλύ, ἄπληστε,
Ἔγχει ὕδωρ· δύστανε, τί μευ τὸ χιτώνιον ἄρδεις;
Παῦσαι· ὁποῖα θεοῖς ἐδόκει, τοιαῦτα νένιμμαι.
Ἁ κλὰξ τᾶς μεγάλας πᾶ λάρνακος; ὧδε φέρ' αὐτάν.

ΓΟΡΓΩ.

Πραξινόα, μάλα τοι τὸ καταπτυχὲς ἐμπερόναμα
Τοῦτο πρέπει· λέγε μοι, πόσσω κατέβα τοι ἀφ' ἱστῶ;

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Μὴ μνάσῃς, Γοργοῖ· πλέον ἀργυρίω καθαρῶ μνᾶν
Ἢ δύο· τοῖς δ' ἔργοις καὶ τὰν ψυχὰν ποτέθηκα.

ΓΟΡΓΩ.

Ἀλλὰ κατὰ γνώμαν ἀπέβα τοι τοῦτο·

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

καλ' εἶπες·

25 *ὧν εἶδες χὤν εἶπας.* *ὧν ἴδες ὧν εἶπας* (vel *εἶπες*) *καὶ* plurimi Codices. Alii *εἶδες*, sed pauciores. Greg. Cor. CXXXIV. *ὧν ἴδες ὧν εἶπας*, ubi Gregorii Cod. Cant. *ὧν ἴδες χὤν εἶπας—ὧν ἴδες χὤν εἶπας καὶ* Cod. Cant. Theocriti: sed Burn., affixo Praxinoæ nomine, *ὧς εἶδες χὤν εἶπες*, olim tamen (nam hoc per rasuram patet) habebat *εἶδες ὧν εἶπες.* De *ὧν* et *ὧν* bis positis, etsi sensu diverso, vide *ὡς—ὧς* II. 82, *ὅσον—ὅσσον* IV. 39. Fortasse legendum *ὧν ἴδες ὧν εἴποις* (sic M optimus Codex) *καὶ ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι*, *Quæ tu ipsa videris, etiam narrare possis ei qui non vidit.* Vide ad I. 95 et ad V. 131.

26 *ἕρπην.* Sic Codices plurimi, vide Buttmann. Gr. Gr. p. 366. *ἕρπειν* Meineke.

27 '*αἶρε* *affer.* Vid. Soph. Aj. 545 cum Wesselingii notâ apud Erfurdt.' J. W.

30 Vulg. *ἅδ' ὡς*, Codd. vel *ἅδ' ἐς*, vel *ἅιδες*, vel *ἅδ' εἰς*, vel *ἀδὲς*, vel *ἀδδὲς*—Burn. *ἀδ' ὡς*, cum rasurâ, *ἅδ' ἔς* Cant. Fortasse legendum *εἶδες*; *Vidistin? mantele fert!* Nam in hoc esse *τὸ γελοῖον* videtur quod Praxinoa, quamvis ancillam *mantele* afferre jusserit vers. 27, eam tamen nunc objurget quod non prius *aquam* attulerit. Hermannus *ἁ δὲ σμᾶμα φέρει*, allato Antiphanis loco Athen. IX. c. 77. Sed *σμᾶμα* Atticorum tantum esse videtur; vide Lobeck. Phryn. p. 253.

35, 36 Vide Bentleium de Epist. Phalarid. § XIV.

38 Pro vulgatâ *καὶ καλὸν εἶπες* Eldikii conjecturam *πᾶ ποκ' ἔλειπες*

Τώμπέχονον φέρε μοι καὶ τὰν θολίαν· κατὰ κόσμον
Ἀμφίθες· οὐκ ἀξῶ τυ, τέκνον· μορμώ, δάκνει ἵππος.
Δάκρυ' ὅσσ' ἐθέλεις· χωλὸν δ' οὐ δεῖ τυ γενέσθαι·
Ἕρπωμες· Φρυγία, τὸν μικκὸν παῖσδε λαβοῖσα,
Τὰν κύν' ἔσω κάλεσον, τὰν αὐλείαν ἀπόκλαξον.

Ὦ θεοί, ὅσσος ὄχλος· πῶς καί ποκα τοῦτο περᾶσαι
Χρὴ τὸ κακόν; μύρμακες ἀνάριθμοι καὶ ἄμετροι.
Πολλά τοι, ὦ Πτολεμαῖε, πεποίηται καλὰ ἔργα·
Ἐξ ὦ ἐν ἀθανάτοις ὁ τεκών, οὐδεὶς κακοεργὸς
Δαλεῖται τὸν ἰόντα, παρέρπων Αἰγυπτιστί·
Οἷα πρὶν ἐξ ἀπάτας κεκροταμένοι ἄνδρες ἔπαισδον,

nimis avidè amplexi sunt interpretes post Valckenaerium. Codices plurimi vel τοῦτο καλὸν εἶπες, vel τοῦτο κἄπειπες, vel καἴιπες, vel denique ΚΑΛΕΙΠΕΣ quod habet quoque Cant. in margine, et quod, divisis vocibus ut in Cant., verum puto, ideoque recepi, versibus ita constitutis,

ΓΟ. ἀλλὰ κατὰ γνώμαν ἀπέβα τοι τοῦτο.
ΠΡ. κάλ' εἶπες·
τώμπέχονον φέρε μοι καὶ τὰν θολίαν.

κάλ' εἶπες *bene ais*, ut Euripideum καλῶς ἔλεξας, de quo Monkius Alcest. 1109. καλὰ sic pro καλῶς dixit Homer. Odyss. ο. 10, Il. ζ. 326, θ. 400, ν. 116, ω. 388. De φίλα pro φίλον vide ad Odyss. ρ. 15. πολλα καλὰ, ubi nos Angli *very well*, dicunt Græci hodierni. Noster XXVII. 48, καλὰ νέμεσθε. ΠΡ. ναὶ καλὸν εἶπες Burn. sed ex s. m., nam olim (ut ex literarum vestigiis patet) habebat τοῦτο. καλὸν εἶπας Canon.; ipsum ΚΑΛ' ΕΙΠΕΣ habet Vat. 4. Vide etiam quæ diximus ad I. 96.

Nostræ huic emendationi κάλ' εἶπες suffragantur Zieglerus et Fritzschius, nisi quod ille τοῦτο ab ἀπέβα τοι disjunxerit et sequentibus præfixerit; illud quoque Praxinoæ assignans.

41 δάκρυε Burn. Canon. Cant.

44 'Pro πῶς καὶ πύκα scribendum πῶς καί ποκα (sic)—καί ποτε vim interrogativam intendunt. Vid. not. ad Cebet. Tab. § 1, τίνες καί ποτε ἦσαν, p. 36 edit. Glascuens. anni 1757, Porsoni Opusc. p. 180, et ad Eur. Phœniss. 1373.' J. W. Hanc fratris mei conjecturam receperunt Ameis., Ziegler., Meinck., Ahrens., Fritzsch.

47 'τὴν εἰς Ἀθήνας ὁδὸν οὐδὲν μέρος καθαρὸν καὶ ἀκίνδυνον ὑπὸ λῃστῶν καὶ κακούργων ἔχουσαν Plutarch. Thes. p. 3, cap. VI. Vid. omnino Baehr. ad Herod. I. 41, μή τινες κατ' ὁδὸν κλῶπες κακοῦργοι ἐπὶ δηλήσει φανέωσι ὑμῖν.' J. W.

48 'δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι, Æschyl. Fragm. 309, ed. Schutz., ubi vid. Grammaticorum locos; et conf. Brunck. ad Aristoph. Thesmoph. 922. παρέρπων *clam adrepens*, vid. Reiske et Schaefer. ad Demosth. p. 252. 2, ὅτε πρῶτον ἐκεῖνος εἰς Πελοπόννησον παρεδύετο, et me ad Æschylum Pers. 98, παράγει βροτὸν εἰς ἀρκύστατα. παρὰ in compositis sæpe *clam* λάθρα significat, vid. Blomf. Gloss. Agam. 1422. "παρεδύετο, ὡς ἐπὶ λῃστοῦ εἶπε τὴν λέξιν," Schol., Bekker. ad Demosth. p. 252. 2. Vid. Victor. Var. Lect. IV. 23.' J. W.

49 'Conf. Bernhardy ad Eustathii

Ἀλλάλοις ὁμαλοί, κακὰ παίγνια, πάντες ἐρειοί.

Commentar. in Dionys. Perieget. v. 232, p. 880.' J. W.

50 οἷα πρὶν ἐξ ἀπάτας κεκροταμένοι ἄνδρες ἔπαισδον,
ἀλλάλοις ὁμαλοί, κακὰ παίγνια, πάντες 'ΕΡΕΙΟΙ.

Locus vexatissimus. Pro vitiosâ lectione omnium fere Codicum ἐρειοὶ (nam pauci non minus mendosè ἐριοὶ) alia alii hariolati sunt, ut ἔλειοι, ἄρειοι, ἀγρεῖοι, ἀεργοὶ, ἔριθοι, quorum nullum mihi verum videtur. Age vero, videamus an aliquid eruere queamus quod genium Theocriteum sapiat, et non nimis a Codicum scripturâ EPEIOI distet. Regio, ubi sumus, est Ægyptus; locus, ipsa *Noxia Alexandria*, DOLIS *aptissima tellus*, ut ait Propert. III. ix. 13. Vide Eustath. Odyss. δ. 83, Cæsar. B. C. III. 10. Æschylei ἀποφθέγματος omnes meminerunt, Frag. 309 ed. Scholef. δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι.

Excogitandum igitur aliquod nomen, quod astutiæ quasi *exemplar* sit. Jam vero lectorem minimè fugit, personas in his mimis fabulantes, de heroicis et præcipuè de Troicis rebus grandiloquenti sermocinatione garrire amare. Vide v. 61, ἐς Τροίαν πειρώμενοι ἦνθον Ἀχαιοί, cf. 110, 137. Omnino verum est, Alexandrinos Poetas res gestas Ptolemæi Homericis, quo majorem iis gloriam concilient, interpolare gaudere. Vide XVII. 118.

Nomen igitur *proprium*, et illud quidem *Homericum*, huic loco, ut quod maximè, conveniret. Et *plurali* numero et posset esse et deberet, quemadmodum v. 141, οἱ ἔτι πρότεροι, Λαπίθαι καὶ Δευκαλίωνες. Jam, ut pro *fortibus* viris apud Æschylum (ut videtur) a Longino XXIII. 6 laudatum, habemus

Ἐξῆλθον Ἕκτορές τε καὶ Σαρπήδονες,

ut Ovid. Trist. III. 7. 42, *Irus* pro *paupere*, *Crœsus* pro *divite*,

IRUS *et est subitò, qui modo* CRŒSUS *erat*,

ut MELANTHIUS Ulyssis pastor nequam pro quovis improbo pastore (sup. V. 150), *Paris* pro *effœminato*, Virgilio (IV. 215), qui in Eclog. VIII. 55, *sit Tityrus Orpheus*, hoc modo loquendi usus est; ut PHALARIS pro *tyranno* Senecæ Tranq. Anim. I. 14; ut Plauto Bacch. 903 ULYSSES pro *callido;* ut Ciceroni Fam. IX. 14, '*habere aliquem in consiliis* NESTOREM,' pro *sapiente;* ut Livio XXI. 10, *Hamilcar*, MARS *alter*, ob *fortitudinem;* ut Horatio (I Epist. XV. 37, ubi vide Bentleium) BESTIUS, pro *correctore;* et ut (verbis Bentleii utor ad Lucan. I. 267) 'CATONES, NERONES, CATILINÆ *vocitati sunt qui eos æmulantur;*' ut Velleio Paterc. II. 17, '*odio in Romanos*, HANNIBAL,' pro *infenso* (ubi videnda Ruhnkenii nota); ut Persio III. 79 '*ærumnosi* SOLONES,' pro *philosophis;* ut Juvenali IV. 133, PROMETHEUS pro *artifice* (vide eundem X. 54); ut Martiali VIII. 56, MÆCENATES pro *literarum fautoribus*, et MARONES pro *poetis*, et sexcenta hujusmodi alia apud probatissimos quosque scriptores; sic, (ut ad Theocritum nostrum revertar,) pro vitioso EPEIOI legendum suspicor EΠΕΙΟΙ, ut sermo sit de *vafro illo equi Trojani artifice* EPEO, *Divæ prudentissimæ monitis omnia factitante*. Nam ἵππον δουράτεον, Græcos heroas in perniciem Trojæ ex alvo ligneâ pariturum, ΕΠΕΙΟΣ ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ, ut ait Homer. Odyss. XI. 523. Vide et Eur. Troad. 10, Virgil. Æn. II. 15, 254. Quare EPEUS jure a poëtis *astutiæ exemplar* et *peritiæ* est habitus; ut ab Ovid. Fast. III. 825,

Et licet antiquo manibus collatus EPEO
Sit prior, iratâ Pallade mancus erit.

Hi igitur ἐξ ἀπάτας κεκροταμένοι ἄν-

Ἀδίστα Γοργοῖ, τί γενώμεθα; τοὶ πτολεμισταὶ
Ἵπποι τῶ βασιλῆος· ἄνερ φίλε, μή με πατήσῃς.
Ὀρθὸς ἀνέστα ὁ πυῤῥός· ἴδ' ὡς ἄγριος· κυνοθαρσὴς
Εὐνόα, οὐ φευξῇ; διαχρησεῖται τὸν ἄγοντα.
Ὠνάθην μεγάλως, ὅτι μοι τὸ βρέφος μένει ἔνδοι.

ΓΟΡΓΩ.

Θάρσει, Πραξινόα· καὶ δὴ γεγενήμεθ' ὄπισθεν·
Τοὶ δ' ἔβαν ἐς χώραν.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Καὐτὰ συναγείρομαι ἤδη.
Ἵππον καὶ τὸν ψυχρὸν ὄφιν ταμάλιστα δεδοίκω
Ἐκ παιδός. σπεύδωμες· ὅσος ὄχλος ἄμμιν ἐπιῤῥεῖ.

ΓΟΡΓΩ.

Ἐξ αὐλᾶς, ὦ μᾶτερ;

ΓΡΑΥΣ.

Ἐγών, ὦ τέκνα.

ΓΟΡΓΩ.

Παρενθεῖν
Εὐμαρές;

ΓΡΑΥΣ.

Ἐς Τροίαν πειρώμενοι ἦνθον Ἀχαιοί,

δρες, de quibus hîc loquitur noster, πάντες sunt ΕΠΕΙΟΙ; unusquisque eorum est alter quasi '*doli fabricator* EPEUS.'

Neque verò prætermittendum, quo aptior sententiæ esse appareat EPEI persona, eum πυγμαχίῃ (quâ hi Alexandrini quoque latrones, nam δαλεῖται sup. 48 proprium est πυκτῶν, vide XXII. 127) egregiè valuisse, id quod testatur Eustath. p. 1325. 56, p. 1606. 60. Atridarum castris eum lixam fuisse memorat Theocritus, vel quicunque est Πελεκυδίου scriptor: vide Joseph. Scaliger. ad Varron. L. L. p. 123, Blomfield. Mus. Crit. II. p. 264. Notandum etiam in proverbio Diogeniano (Parœm. Gr. p. 187, ed. Gaisford.) pro Ἐπειοῦ δειλότερος Codicem Vaticanum exhibere Ἐπειοῦ δολότητα. De Epeo, equi Trojani artifice, dum agimus, non abs re fuerit monere, ipsum *nomen* ex *re* factum videri, et vocem ἐπειὸς inter Græcum ἵππος et Latinam *equus* quasi mediam intercedere.

51 'τί γενώμεθα Blomf. Gloss. ad Æsch. Theb. 144, quem vide.' J. W.

53 ἀνέσταχ' Cant.

55 ὠνάθην, sic Codd. ὠνήμην Valckenaer.: sed vide Lobeck. ad Phryn. p. 13.

Καλλίστα παίδων, πείρᾳ θὴν πάντα τελεῖται.

ΓΟΡΓΩ.

Χρησμὼς ἁ πρεσβῦτις ἀπῴχετο θεσπίξασα.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Πάντα γυναῖκες ἴσαντι, καὶ ὡς Ζεὺς ἀγάγεθ' Ἥραν.

ΓΟΡΓΩ.

Θᾶσαι, Πραξινόα, περὶ τὰς θύρας ὅσσος ὅμιλος.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Θεσπέσιος, Γοργοῖ· δὸς τὰν χέρα μοι· λαβὲ καὶ τύ,
Εὐνόα, Εὐτυχίδος· πότεχ' αὐτᾷ, μὴ τὺ πλανηθῇς.
Πᾶσαι ἅμ' εἰσένθωμες· ἀπρὶξ ἔχευ, Εὐνόα, ἁμῶν.
Ὤ μοι δειλαία, δίχα μευ τὸ θερίστριον ἤδη
Ἔσχισται, Γοργοῖ· ποττῶ Διός, εἴτι γένοιο
Εὐδαίμων, ὦ 'νθρωπε, φυλάσσεο τὠμπέχονόν μευ.

ΞΕΝΟΣ.

Οὐκ ἐπ' ἐμὶν μέν, ὅμως δὲ φυλάξομαι.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Ἀθρόος ὄχλος·
Ὠθεῦνθ' ὥσπερ ὗες.

64 'καὶ ὡς κ.τ.λ. Plaut. Trinumm. I. ii. 170 sqq.,

Sciunt quid in aurem rex reginæ dixerit,
Sciunt quid Juno fabulata est cum Jove,
Neque facta neque futura tamen illi sciunt.

Ruperti Juv. Sat. VI. 402, *Hæc eadem novit quid toto fiat in orbe*, sqq.' J. W.

68 ἁμῶν Cod. Burn. δμωῆς cum γρ. ἁμῶν. Sæpissimè permutantur A et Δ, N et H, cujus confusionis hæc lectio exemplo sit. Miro errore in Æschyl. Suppl. 227, pro τἀμπλακήμαθ' ὡς nonnulli libri dant τἀπλαενμάβως.

Locum Bionis vitiosum, in corruptissimo omnium Idyllio XV. 14, aliquâ saltem ex parte, emendavit Scaliger, Ἄρηα pro ἄρνα legens, cætera intacta relinquens,

οὔτε τις Ἕλλην
οὔτε Μυκηναίων οὔτ' Ἤλιδος οὔτε Λακώνων
μεῖνεν ἐὸν κατὰ δῶμα, φέρων δισσὶν ἀνὰν ἄρνα,
λάνθανε δ' ἐκ κώραις Λυκομηδίσι μῶνος Ἀχιλλεύς.

In mendoso φέρων ΔΙΣΣΙΝΑΝΑΝ *verbum* non *nomen*, ut vulgo conjiciunt, latere videtur. Nam quo pacto quis quid *ferret* ad Atridas, si domi *maneret?* Legendum fortasse φέρων ΔΕ ΣΥΝΑΓΑΓ' Ἄρηα: conferas Hom. Il. II. 381, XIX. 275 νῦν ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον ἵνα ΞΥΝΑΓΩΜΕΝ ἌΡΗΑ.

In versu Bionis proximo pro μῶνος reponendum κῶρος supra monui ad XI. 67.

73 ὥστε ῥύες Cant. 'ὥστε vulgo

ΞΕΝΟΣ.

Θάρσει, γύναι· ἐν καλῷ εἱμές.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Κεὶς ὥρας κἤπειτα, φίλ' ἀνδρῶν, ἐν καλῷ εἴης,
Ἄμμε περιστέλλων· χρηστῶ κῳκτίρμονος ἀνδρός.
Φλίβεται Εὐνόα ἄμμιν· ἄγ', ὦ δειλὰ τύ, βιάζευ.
Κάλλιστ'· ἔνδοι πᾶσαι, ὁ τὰν νυὸν εἶπ' ἀποκλάξας.

ΓΟΡΓΩ.

Πραξινόα, πόταγ' ὧδε· τὰ ποικίλα πρᾶτον ἄθρησον,
Λεπτὰ καὶ ὡς χαρίεντα· θεῶν περονάματα φασεῖς.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Πότνι' Ἀθαναία· ποῖαί σφ' ἐπόνασαν ἔριθοι·
Ποῖοι ζωογράφοι τἀκριβέα γράμματ' ἔγραψαν·
Ὡς ἔτυμ' ἑστάκαντι, καὶ ὡς ἔτυμ' ἐνδινεῦντι·
Ἔμψυχ', οὐκ ἐνυφαντά· σοφόν τι χρῆμ' ὤνθρωπος.

ante Valck. legebatur. De crebrâ horum vocabulorum confusione vid. Schaef. ad Longum, p. 333, p. 460, ad Apollon. Rhod. Tom. II. p. 30.' J.W.

76 ἄγ' omittit Burn.

79 λεπτὰ καὶ ὡς χαρίεντα, θεῶν περονάματα φασεῖς.

Περονάματα, ut vulgo, Cant. et sic Canon. Reiskius περ νήματα, Ruhnken. θεῶν γε πονάματα, Valck. θεῶν νήματα, Codex Mediceus optimus habet ΠΕΡΝΕΥΜΑΤΑ et sic alii quidam, ut videtur. *Specialis illa nendi* vel *texendi* notio cum Dearum numinis mentione malè, meo quidem judicio, congruit. Vox latioris significationis, qualis esset 'ΕΡΓΑ θεάων, desiderari videtur. Huc etiam ducit Homericum, quod (uti monuit Valcken.) æmulatur Theocritus. Locus est Odyss. X. 221,

οἷα θεάων
λεπτά τε καὶ χαρίεντα καὶ ἀγλαὰ ἔργα πέλονται.

Sic θεῶν δαίδαλμα (si rectè se habet) sup. I. 32. Quare, literis leviter mutatis, rescribere mallem, ΧΕΡΝΑΜΑΤΑ. De χερνήτης, vide Suidam in v. et Schol. Apoll. R. I. 972, et quæ dedit Blomfieldius ad Æsch. Prom. 922.

His scriptis ita Hermannum quoque conjecisse ex ejus Opusculis intellexi et nunc video a Fritzschio in textum esse receptum.

80 'σφε h. l. est αὐτά. Hoc vocabulum, apud Atticos certe, perraro neutrius generis est; vid. Matth. Gr. Gr. § 147, ed. prior., qui hujus usus exempla dare videtur, sed videtur tantum. Conf. Brunck. ad Æsch. Prom. v. 9.' J. W.

82 ὡς ante ἔτυμ' omittit Burn.

83 '*Homo sacra res*, Senec. Epist. 95. Vid. Ruhnk. ad Terent. Eunuch. II. 2. 17. Conf. inf. v. 145, τὸ χρῆμα σοφώτερον, et Wexii notam ad Soph. Antig. 334, Plat. Ion. p. 534, κοῦφον χρῆμα ποιητής ἐστι· Strabo XIII. p. 617, Σαπφὼ θαυμαστόν τι χρῆμα.

Αὐτὸς δ᾽ ὡς θαητὸς ἐπ᾽ ἀργυρέῳ κατάκειται
Κλισμῷ, πρᾶτον ἴουλον ἀπὸ κροτάφων καταβάλλων,
Ὁ τριφίλατος Ἄδωνις, ὃ κὴν Ἀχέροντι φιλεῖται.

ΕΤΕΡΟΣ ΞΕΝΟΣ.

Παύσασθ᾽, ὦ δύστανοι, ἀνάνυτα κωτίλλοισαι
Τρυγόνες· ἐκκναισεῦντι πλατειάσδοισαι ἅπαντα.

ΓΟΡΓΩ.

Μᾶ, πόθεν ὤνθρωπος; τί δὲ τίν, εἰ κωτίλαι εἰμές;
Πασάμενος ἐπίτασσε· Συρακοσίαις ἐπιτάσσεις;
Ὡς εἰδῇς καὶ τοῦτο, Κορίνθιαι εἰμὲς ἄνωθεν,
Ὡς καὶ ὁ Βελλεροφῶν· Πελοποννασιστὶ λαλεῦμες·
Δωρίσδεν δ᾽ ἔξεστι, δοκῶ, τοῖς Δωριέεσσι.

ΠΡΑΞΙΝΟΗ.

Μὴ φύη, Μελιτῶδες, ὃς ἁμῶν καρτερὸς εἴη,
Πλὰν ἑνός· οὐκ ἀλέγω· μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς.

σοφόν τοι in h. l. citans scripsit Schol. ad Soph. Antig. 349. Vocabuli *πρᾶγμα* eodem modo de hominibus usurpati rariora sunt exempla. De hoc utriusque vocis usu vid. Fischer. apud Popponem ad Xenoph. Cyrop. VI. I. 36, ubi mulier formosa *ἄμαχον πρᾶγμα* dicitur: eodem modo Latinè dicas *invicta res, invictum negotium;* vid. Fischer. l. c. *Callisthenes quidem vulgare et notum negotium* Cic. ad Quint. Fratr. II. 13.' J. W.

86 *ὅσκαν* Burn.

88 'Hermogenes *περὶ* Ἰδ. p. 283, hunc ipsum locum respiciens, *λέξιν σεμνὴν* esse monet *τὴν πλατεῖαν καὶ διογκοῦσαν κατὰ τὴν προφορὰν τὸ στόμα,* quo in genere Doricæ voculæ *ᾱ* primæ debentur partes, *ὁ γὰρ Θεόκριτος* inquit *ἀχθόμενόν τινα πεποίηκε Δωριζούσαις γυναιξὶ διὰ τὸ πλατύνειν τὴν φωνὴν τῷ ᾱ τὰ πλεῖστα χρωμέναις·* vid. Hemsterhus. Auctar. Emendat. in Hesych. ad v. *πλατειαδύοντες.*

τρύγονες, vid. Mus. Philolog. Cant. Tom. I. p. 612 sqq., ad Soph. Trach. 1062, Hom. Iliad. *β.* 212, *ἀμετροεπὴς ἐκολῴα.*' J. W.

92 *ὢ καὶ ὁ βελλεροφόντος* Cant. cum vulg. in marg.

94 *φυίη* Hermannus, vide XVII. 79. Sic Matthiæ. *φύη* Buttmannus, quæ lectio in Cod. Paris. optimæ notæ apparet. *φυῆ* Cant. Burn. '*φυίη* Hermannus, quod probabile videtur. *φυῇ* si bene Græcum esset, priorem corripere deberet, vid. infr. ad XVII. 79.' J. W. *Μελιτῶδες*, *Proserpina.*

95 *ἰνὸς* Burn. Canon.

10 *Accusativos* Æolicos esse *ἀνδρείοις πέπλοις* notent tirones, quemadmodum 12 *μαλάκοις πόκοις*, 15, 16 *ἀεργοὶς δόμοις*, 20 *νόσοις λύγραις*, quod cum Bergkio monuit Hermannus. Vide Alcæi locum Mus. Crit. I. p. 429 *κυλίχναις μεγάλαις ποικίλαις—πλείαις*. Pro *ἀκιρὰς* 15 dedi *ἀκιροὶς*: *ᾱ* et *οῑ* sæpe confunduntur.

13 *αὐτοενεὶ* reponit Bergkius, *αὐτοεντεὶ* Vat. Cæteri *αὐτοετεί*.

21 Μίλλατον habet Cod. Vat., ita quoque præcipiente Chœrobosco Bekker. Anecd. p. 1398, *Μίλλατος λέγουσιν οἱ Αἰολεῖς ὥσπερ ὅμιλος*

Ὡς εὐαλάκατος Θευγενὶς ἐν δαμότισιν πέλῃ,
Καὶ οἱ μνᾶστιν ἀεὶ τῶ φιλαοιδῶ παρέχῃς ξένω·
Κεῖνο γάρ τις ἐρεῖ τῳ ποτιδών σ', ἦ μεγάλα χάρις
Δώρῳ ξὺν ὀλίγῳ· πάντα δὲ τιμᾶντα τὰ πὰρ φίλων.

ὄμιλλος, πέδιλον πέδιλλον. Cui adjungas Grammaticos a Kœnio citatos ad Gregorium Corinth. de Dialecto Æol. XI. p. 588 Schaefer. Μίλλατον quoque non Μίλλητον dixisse Æolas tradunt Veteres magistri ibid. XXI.

24 κεῖνο γάρ τις ἐρεῖ τῳ ποτιδών σ'. Versus elumbis et sensûs expers, et minime dignus qui, ut nunc se habet, in hoc venustissimo carmine inveniatur. Hermannus quidem rescribi vult Κεῖνο γὰρ Ϝερέει τῷ ποτιδοῖσ', sed leviore operâ res agenda est. Codicis tum Mediol. tum Vatic. hæc est lectio, κεῖνο γὰρ τὶς ἐρεῖ ΤΩΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝ Σ'; mira sane lectio, sed veræ proxima. Legere mallem κεῖνο γὰρ τὶς ἐρεῖ ΤΩΠΟΣ, ΙΔΩΝ Σ', h. e. *hoc enim verbum dicet aliquis, quum te conspexerit, 'certe magna gratia est cum parvo munere.'* ΤΩΠΟΣ est pro ΤΟ ΕΠΟΣ, ut τὤροτρον, τὤγκιστρον, τὤλγεος, τὦμπέχονον, τὠνείρατα, τὠστέα, τὠραμένῳ, et alia similia apud nostrum. ΕΠΟΣ ΕΡΕΙ ut ΕΠΟΣ ΕΡΕΙΝ Homer. Odyss. ξ. 131, et 463, ο. 27, Il. λ. 652. Compares, si libet, Æschyl. Choeph. 85 ἤ ΤΟΥΤΟ ΦΑΣΚΩ ΤΟΥΠΟΣ, S. C. Theb. 254 ΤΟΥΤ' ἀντ' ἐκείνων ΤΟΥΠΟΣ αἱροῦμαι σέθεν.—ΕΙΔΩΝ et ΙΔΩΝ non raro confuderunt librarii; vide Æschyl. Suppl. 212, cujus erroris rationes attigimus supra ad XIV. 17. In hoc loco ΠΟΣΕΙΔΩΝ vocibus *junctis* perperam dederunt scribæ; contrario errore vocibus perperam *divisis* supra XI. 20 ΠΟΤ' ΙΔΗΝ pro ΠΟΤΙΔΗΝ.

His scriptis et in lucem diu editis, ex *secundâ* Meinekii editione didici in hanc conjecturam incidisse Ahrensium de Dial. Æol. p. 104, quem librum nunquam vidi. Conjecturam nostram probant Meinekius, Zieglerus (ed. 1867), et Fritzschius.

25 τιμᾶντα. Melius τίματα recentiores Editores, cum nonnullis Codicibus.

ʽΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΚΘʹ ʼΕΙΔΥΛΛΙΟΥ.

ΓΕΓΡΑΠΤΑΙ τοῦτο εἰς παῖδα ἀποστρεφόμενον τὴν τοῦ φιλοῦντος φιλίαν· διὸ καὶ ἐλέγχειν αὐτὸν πειρᾶται, ὡς μὴ σπουδαίως πρὸς τὴν φιλίαν αὐτοῦ διακείμενον. Τὸ δὲ μέτρον τοῦτο Σαπφικὸν πεντάμετρον τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον. Ἡ δὲ ὁμιλία, παρ᾽ ὅσον εἰρῆσθαι γεγράφασιν, Οἶνος καὶ ἀλήθεια, παρὰ τὴν παροιμίαν. E MS. Vat. 6 Colbert. Taurin. K. C.

ΠΑΙΔΙΚΑ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ κθ'.

ΟΙΝΟΣ, ὦ φίλε παῖ, λέγεται, καὶ ἀλάθεα·
Κἄμμες χρὴ μεθύοντας ἀλαθέας ἔμμεναι.
Κἠγὼ μὲν τὰ φρενῶν ἐρέω κέατ' ἐν μυχῷ.
Οὐχ ὅλας φιλέειν μ' ἐθέλησθ' ἀπὸ καρδίας,
Γινώσκω· τὸ γὰρ ἅμισυ τᾶς ζοΐας ἔχω,
Ζῇ τὰν σὰν ἰδέαν, τὸ δὲ λοιπὸν ἀπώλετο.
Χὤταν μὲν τὺ θέλῃς, μακάρεσσιν ἴσαν ἄγω
Ἁμέραν· ὄκα δ' οὐκ ἐθέλῃς τύ, μάλ' ἐν σκότῳ.
Πῶς ταῦτ' ἄρμενα, τὸν φιλέοντ' ἀνίαις διδῶν;
Ἀλλ' εἴ μοί τι πίθοιο, νέος προγενεστέρῳ,
Τῷ κεν λώϊον αὐτὸς ἔχων ἔμ' ἐπαινέσαις·
Ποίησαι καλιὰν μίαν εἰν ἑνὶ δενδρέῳ,
Ὅππᾳ μηδὲν ἀπίξεται ἄγριον ὄρπετον.
Νῦν δέ, τῶδε μὲν ἅματος ἄλλον ἔχεις κλάδον,
Ἄλλον δ' αὔριον, ἐξ ἑτέρω δ' ἕτερον ματῇς.
Καἴ κεν σεῦ τὸ καλόν τις ἰδὼν ῥέθος αἰνέσῃ,
Τῷδ' εὐθὺς πλέον ἢ τριέτης ἐγένευ φίλος,
Τὸν πρᾶτον δὲ φιλεῦντα τριταῖον ἐθήκαο.
Ἀνδρῶν τῶν ὑπερανορέων δοκέεις πνέειν.

1 Viris Doctis a Schaefero et Gaisfordio memoratis qui hoc carmen non Theocrito sed Alcæo tribuerunt adde Heindorfium Horat. Sat. I. iv. 89. Habent hoc carmen MSS. 'Vat. 6 et 11, sed ultimus nullam novam lectionem profert.' SANCTAMANDUS.

19 Sic vulg., solœcè. Quomodo enim ὑπερανορέων ab ὑπεράνωρ? Quod cum ferre non posset Valck. pro ἀνδρῶν τῶν audacter legebat χλιδεόντων quod recepit Brunck. τὰς ὑπερη-

Φίλει δ', ἂς κε ζόῃς, τὸν ὔμοιον ἔχειν ἀεί.
Αἰ γὰρ ὦδε ποιῇς, ἀγαθὸς μὲν ἀκούσεαι
Ἐξ ἀστῶν· ὁ δέ τοί κ' Ἔρος οὐ χαλεπῶς ἔχοι,
Ὃς ἀνδρῶν φρένας εὐμαρέως ὑποδάμναται,
Κὴμὲ μαλθακὸν ἐξεπόνασε σιδαρέω.
Ἀλλ' ἀπρὶξ ἀπαλῶ στύματός σε πεδέρχομαι.
Ὀμνάσθην, ὅτι πέρυσιν ἦσθα νεώτερος,

νορίας Briggs. Sed, ne unâ quidem literâ mutatâ, locum fortasse sanare licuerit. Sublatâ post *ἐθήκαο* distinctione (quæ in B non extat) legere mallem *ἀνδρῶν, τῶν ὑπὲρ ἀνορεῶν δοκέεις πνέειν·* h. e. *Tu hunc diligis, illum vero* respuis *virorum,* QUORUM SUPER VIRILITATES *tu* (qui tantum *puerulus* es) *superbè spirare tibi arrogas:* vide vers. 10, 33. Ἀνορεῶν genitivus pluralis est; optimè, ob *emphasim,* eodem casu et numero quo *ἀνδρῶν*, ab *ἀνορέα*; unde *ἀνορέαις* ter apud Pindarum P. 8, 95. N. 3, 19. I. 3, 29 ed. Donaldson. Hâc correctione adhibitâ, cætera *φίλει κ.τ.λ.*, quæ aliter male præcedentibus cohærent, rectè et ordine sequuntur.

20 *φίλει δ' ἂς κε ζόῃς τὸν ὔμοιον ἔχειν ἀεί.*

Voculam *κε* ante *ζόῃς* *brevem* manere posse nondum mihi persuasit Wuestemannus, allato exemplo IV. 32, *ἅ τε Ζάκυνθος*, et nonnullis ejusdem generis, quorum ratio est diversa. Vide Gaisf. ad Hesiod. 587. Legendum fortasse *ἂς ζοός ἧς*. Sup. II. 5 *οὐδ' ἔγνω πότερον τεθνάκαμες ἢ ζοοὶ εἰμές.* XIV. 70 *ἂς γόνυ χλωρόν.*

22 Supra dixi ad VI. 11, ut veram lectionem stabilirem, articulum apud nostrum non invenustè a suo nomine separari; cujus rei exempla plura afferre poteram quæ hîc adscribere liceat:

I. 30, *ἁ δὲ κατ' αὐτὸν καρπῷ ἕλιξ εἱλεῖται.*

I. 139, *τά γε μὰν λίνα πάντα λελοίπει.*

I. 141, *τὸν οὐ νύμφαισιν ἀπεχθῆ.*

VII. 121, *τό τοι καλὸν ἄνθος ὑπορρεῖ.*

VII. 145, *τοὶ δ' ἐκέχυντο ὄρπακες βραβύλοι τε καταβρίθοντες ἔρασδε.*

XVI. 4, *οἱ δὲ βροτοὺς βροτοὶ ἀείδωμες*, et hunc ipsum locum—

XXIX. 22, *ὁ δέ τοί κ' Ἔρος οὐ χαλεπῶς ἔχοι*, quibus addi potest Mosch. II. 17, *τὸ γὰρ ὡς ὕπαρ εἶδεν ὄνειρον.*

26 Locus varie tentatus, sed successu parum felici. Verba *ὅτι γηραλέοι πέλομες* minimè ab *ὀμνάσθην* pendent. Pendent autem ab *ἀποπτύσαι*, et struenda sunt, *πρὶν ἀποπτύσαι ὅτι καὶ γηραλέοι πέλομες καὶ ῥυσοί*, h. e. *priusquam me despectui habeas eo quod et senex sum et rugis obsitus;* deinde, ut tota sententia sibi constet, notandum est ΟΜΝΑΣΘΗΝ idem valere quod ΑΜΝΑΣΘΗΝ, et *infinitivum* esse aoristi primi Æolicum pro *ἀναμνασθῆναι*, ut *μεθυσθῆν* pro *μεθυσθῆναι* apud Alcæum Mus. Crit. I. 425. 'Pro -ῆμεν,' verba sunt Kœnii ad Greg. Cor. p. 310, ed. Schaefer., 'maxime in *aoristis passivis* nonnulli -ῆν pronuntiabant.' Sensus est, *Memento te anno proximè elapso fuisse juniorem, priusquam me fastidias quod senex sum.*

De *πέρυσι* primâ syllabâ *productâ* vide ad XXVIII. 4, quibus adde quæ dixit Brunckius ad Apollon. Rhod.

Χὤτι γηραλέοι πέλομες πρὶν ἀποπτύσαι,
Καὶ ῥυσοί, νεότατα δ' ἔχεν παλινάγρετον
Οὐκ ἔστι· πτέρυγας γὰρ ἐπωμαδίας φορεῖ·
Κἄμμες βαρδύτεροι τὰ ποτήμενα συλλαβεῖν.
Ταῦτα χρὴ νοέοντα πέλειν ποτιμώτερον,
Καί μοι τὠραμένῳ συνερᾶν ἀδόλως σέθεν,
Ὅππως, ἀνίκα τὰν γένυν ἀνδρεΐαν ἔχῃς,
Ἀλλάλοισι πελώμεθ' Ἀχιλλέϊοι φίλοι.
Αἰ δὲ ταῦτα φέρειν ἀνέμοισιν ἐπιτρέπεις,
Ἐν θυμῷ τε λέγεις, Τί με, δαιμόνι', ἐνοχλεῖς·
Νῦν μὲν κἠπὶ τὰ χρύσεα μᾶλ' ἕνεκεν σέθεν
Βαίην, καὶ φύλακον νεκύων πέδα Κέρβερον·
Τόκκα δ', οὐδὲ καλεῦντος ἐπ' αὐλείαις θύραις
Προμόλοιμί κε, παυσάμενος χαλεπῶ πόθω.

I. 1274, citatus a Gaisfordio ad XX. 12. Spitzner. Vers. Heroic. p. 19, de liquidarum præcipue vi ἐκτατικῇ, 'Syllaba *brevis*,' inquit, 'in cæsurâ posita, vi insequentis literæ, quam et Eustathius ad Iliad. β. 44, p. 170, et Draco de Metris Poët. p. 9, agnoverunt, *produci* potest;' inter quas producendi vi '*primum* locum ρ̄ tenet, in medio ponuntur λ̄ et μ̄, in postremo ν̄.' Hinc apud nostrum iis quæ dedimus ad XXVIII. 4 accedant XVI. 62 ἢ ὕδατῖ νίζειν, XVI. 102 θῡγάτερες, XXII. 19 ἀπ̄ολήγοντι, XXV. 73 ὄγε̄ λάεσσι, XXV. 87 μετ' αὔλιά τε̄ σηκούς τε, XXV. 211 ὅθῐ λῖς, XXVIII. 25 δώρῳ ξῡν ὀλίγῳ. Hoc in loco, Oxoniæ schedis Dorvillianis vidi notatum, 'ex codice Ismaelis Bouilland Parisiensis πέρρυσιν, ut sit dactylus.'

36 ε̄νοχλεῖς, vide v. 26.

38 πέδα, i.e. μετά.

39 Vide ad XXVIII. 10.

ΕΙΣ ΝΕΚΡΟΝ ΑΔΩΝΙΝ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ λ'.

Ἀδωνιν ἡ Κυθήρη
Ὡς εἶδε νεκρὸν ἤδη,
Στυγνὰν ἔχοντα χαίταν,
Ὠχράν τε τὰν παρειάν,
Ἄγειν τὸν ὗν πρὸς αὐτὰν
Ἔταξε τὼς Ἔρωτας.
Οἱ δ᾽ εὐθέως ποτανοὶ
Πᾶσαν δραμόντες ὕλαν
Στυγνὸν τὸν ὗν ἀνεῦρον,
Δῆσάν τε κἀπέδησαν.
Χὠ μέν, βρόχῳ καθάψας,
Ἔσυρεν αἰχμάλωτον·
Ὁ δ᾽, ἐξόπισθ᾽ ἐλαύνων,
Ἔτυπτε τοῖσι τόξοις.
Ὁ θὴρ δ᾽ ἔβαινε δειλῶς·
Φοβεῖτο γὰρ Κυθήρην.
Τῷ δ᾽ εἶπεν Ἀφροδίτα·
Πάντων κάκιστε θηρῶν,

1 'Idyllium Theocriti falso inscriptum,' PORSON. ad Aristoph. Lysist. 1246.

9 '*Dirum aprum invenerunt*, Kiessl. Id si dicere voluit hic Pseudo-Theocritus aut solœce locutus est, aut scripsit τὸν στυγνὸν ὗν ἀνεῦρον. Possis quidem στυγνὸν *tristem* interpretari, vid. me ad Æsch. Agam. 625, Hermann. ad Philoct. 166; sed eâ significatione non amplius solœcum sed ineptum foret.' J. W. Legendum forsan στυγνοί, h. e. *tristes Amores rimati sunt sylvas.*

Σὺ τόνδε μηρὸν ἴψω;
Σύ μου τὸν ἄνδρ' ἔτυψας;
Ὁ θὴρ δ' ἔλεξεν ὧδε·
Ὄμνυμί σοι, Κυθήρη,
Αὐτάν σε, καὶ τὸν ἄνδρα,
Καὶ ταῦτά μευ τὰ δεσμά,
Καὶ τώσδε τὼς κυναγώς,
Τὸν ἄνδρα τὸν καλόν σευ
Οὐκ ἤθελον πατάξαι·
Ἀλλ' ὡς ἄγαλμ' ἐσεῖδον,
Καὶ μὴ φέρων τὸ καῦμα
Γυμνὸν τὸν εἶχε μηρὸν
Ἐμαινόμαν φιλᾶσαι·
Καί μευ σίναζε κραντήρ.
Τούτους λαβοῦσα, Κύπρι,
Τούτους κόλαζε, τέμνε·
Τί γὰρ φέρω περισσὼς
Ἐρωτικὼς ὀδόντας;
Αἰ δ' οὐχί σοι τάδ' ἀρκεῖ,
Καὶ ταῦτ' ἐμεῦ τὰ χείλη.
Τί γὰρ φιλεῖν ἐτόλμων;
Τὸν δ' ἠλέησε Κύπρις,
Εἶπέν τε τοῖς Ἔρωσι
Τὰ δεσμά οἱ 'πιλῦσαι.
Ἐκ τῶδ' ἐπηκολούθει,
Κἀς ὕλαν οὐκ ἔβαινε·
Καὶ τῷ πυρὶ προσελθὼν
Ἔκαιε τὼς Ἔρωτας.

32 μευ. Sic vulg. Malim μιν, *Eum læsit dens.*

46 *Accedens ad ignem exurebat Amores* Kiessl., quod non intelligo; jungenda sunt προσελθὼν τὼς Ἔρωτας ἔκαιε (αὐτοὺς) τῷ πυρὶ, h. e. *suo igne inflammavit Amores;* vide v. 29. Hinc Illi flagrantes sunt. Frigidum sanè, sed ut cætera in hâc cantilenâ, quæ utinam Theocritea nunquam invasisset.

ΕΚ ΤΗΣ

ΒΕΡΕΝΙΚΗΣ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ.

Κ' ΑΙ τις ἀνὴρ αἰτεῖτ' εὐαγρεσίαν τε καὶ ὄλβον,
'Εξ ἁλὸς ᾧ ζωή, τὰ δὲ δίκτυα κείνῳ ἄροτρα,
Σφάζων ἀκρόνυχος ταύτῃ θεῷ ἱερὸν ἰχθύν,
Ὃν λεῦκον καλέουσιν· ὃ γὰρ φιαρώτατος ἄλλων,
Καί κε λίνα στήσαιτο, καὶ ἐξερύσαιτο θαλάσσας
Ἔμπλεα.

Fragmentum. Athen. VII. 284 A.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ λβ'.

IDYLLIUM XXXII.

(ALIIS XXX.)

Hoc Idyllium Mediolani repertum est anno MDCCCLXIV. in Codice Ambrosiano 75, qui a nonnullis, uti a viro doctissimo A. T. A. Fritzschio, literâ *c* designatur.

Nonnulla ex illo hausisse videtur Nicetas Eugenianus, Theocriteorum imitator studiosus; sed carmen per multa secula intermortuum primus e latebris in lucem excitavit Christophorus Zieglerus, qui inter alia Theocritea illud detexit, et cum familiari suo Gulielmo Studemundio notitiam ejus communicavit. Is, Mediolani commorans eodem tempore quo Zieglerus, ex Codice Ambrosiano transcripsit, et apographum ad Theodorum Bergkium misit, qui primus typis excudendum curavit Halæ 1865.

Secundum apographum confecit Zieglerus anno 1865, et in Jahnii Annalibus evulgavit, et posteà in editione suâ Theocriteorum carminum inseruit.

Equidem labore hoc Idyllium explicandi supersedendum censui post eruditas Fritzschii curas; et, ut verum ingenuè fatear, dum eorum carminum, quæ Theocritum autorem sibi vindicare jure viderentur, ne unum quidem rejiciendum duxi, hujusce præsertim Idyllii, propter materiam ejus parum probam et minus venustam, interpretationem detrectare prætuli. Itaque cum delectu animadversionum Fritzschii (qui notas nonnullas meas in alia Theocriti carmina suæ editioni inseruit) in lucem dedi.

Primum dabimus apographum Codicis Ambrosiani 75, deinde Idyllium adjiciemus a Fritzschio emendatum.

APOGRAPHUM CODICIS.

ΠΑΙΔΙΚΑ ΑΙΟΛΙΚΑ.

ΚΑΙ τῶ χαλεπῶ κἀινομόρω τῶδε νοσήματος
τετορταῖ^ος ἔχει παῖδα ἔρως μῆνα δεύτερον
Κάλω μὲν μετρίως ἀλλ' ὀπόσον τῶ παιδὶ περιέχει
Καὶ νῦν μὲν τὸ κακὸν ταῖς μὲν ἔχει ταῖς δ' οὔ.

Τᾶς γᾶς τοῦτο χάρις. ταῖς δὲ π'ιαύλαις γλυκὺ μειδίαμ[a]
Τάχα δ' οὐδ' ὅσον ὕπνω πίτυχην ἔσσετ' ἐρωῖα
Ἐχθὲς γὰρ παριὼν ἔδρακε λεπτὰ μελιφρύγων
Αἰδεσθεὶς ποτίδην ἀντίος ἠρεύθετο δὲ χρόα
Ἔμεθεν δὲ πλέον τᾶς καρδίας σωρὸς ἐδράξατο
Εἰς οἶκον δ' ἀπέβαν ἕλκος ἔχων καὶ τὸ
Πολλὰ δ' εἰς καλέσασ θυμὸν ἐμαυτοῦ διέλυξε
Τὶ δὴ ταῦτ' ἐπόησ ἀλοσύνας τὶ ἔσχατον ἔσεται
Λεύκας οὐκ ἐπϊσθησ θ' ὅτι φόροις ἐν κροτάφοις τρία
Ὥρα τοι φρονέσιν μὴ . . . ινέος τὰν ἰδέαν πέλη
πάντ' ἔρδ' ὅσσα περ οἱ τῶν ἐτέων ἄρτια γεγευμένοι
Καὶ μὰν ἄλλος ἐλάθειτο δ' ἄρης λώϊον ἔμμεναι
Ξεῖνον τῶν χαλεπῶν παιδὸς ἔραν
Τῶ μὲν γὰρ βίος ἕρπε ρωὶσαγόνοις ἐλάφω θοαῖς
Δλάσει δ' ἑτέρα ποντοπόρην αὔριον ἀμέραν
Οὐ δ' ἀυ[τ'] γλυκερᾶς ἀνθεμονάβασ πεδιμαλικῶ
μένει τῶδ' ὁ πόθος καὶ τὸν ἔσω μιελὸν ἐσθίει
Ὄμμι μνασκομενω πολλά δ' ὄρη νυκτὸς εὐύπνι[a]
κ
Παύσασθ' δ' ἐνιαυτὸς οὐ χαλεπαὶ οὐχὶ
Ταῦτα χ' ἄτερα πολλὰ ποτ' ἐμὸν θυμὸν ἐμεμψάμαν
ο
Ὁ δὲ τοῦτ' ἔφτ' ὅτις δοκεῖ μοι τὸν δολομάχαναν
Νικάσειν ἔρον. οὗτος δοκεῖ μοι τᾶς ὑπὲρ ἄμμ'
Εὑρεῖν βραδίως ἀστέρας ὁπποσάκιν†ενν εὐνέα
Καὶ νῦν εἴτε θέλω. χρὴ με μακρὸν ἔχοντα τὸν ἄμφενα
Ἕλκειν τὸν ζυγὸν. εἴτ' οὐκ ἐθέλω ταῦτα γὰρ ὦγα θέος
Βούλεται θέοσοσ καὶ διὸς ἔσφαλε μέγαν γόον
Κἄυτας κυπρογενῆας ἔμε μὰν φίλον ἐπάμερ[ον]
Σμίκρας δευόμενον ἄυρας ὁ μέλλων αἶκα φορεῖ.

IDEM IDYLLIUM EMENDATUM

A FRITZSCHIO, CUM NOTIS EJUS SELECTIS.

Ὤιαι τῶ χαλέπω καὶ νομόρω τῶδε νοσήματος.
τετόρταιος ἔχει παῖδος ἔρος μῆννά με δεύτερον,
Κάλω μὲν μετρίω τ', ἀλλ' ὀπόσων τῷ πάιδι πρέπει
— — — — — — — — — — ἔχει.
Καὶ νῦν μὲν τὸ κάκον ταίς μεν ἔχει τλησιπό[νοις φρένας].
Ἄπαν τοῦτο χάρισμ', αἴ τι παραύαις γλύκυ μειδίαι.

1 Ὤιαι] *vae* —. Ita emendavit Bergkius verbis fretus Apollonii, de adv. p. 538, 2: καθάπερ οὖν τῷ πόποι τὸ παπαὶ παράκειται καὶ τῷ ὀτοτοὶ τὸ ἀτταταί, οὕτως καὶ τῷ ὠοιοὶ τὸ ὠαιαί, ὅπερ συναλειφθὲν καὶ ἐν βαρείᾳ τάσει γινόμενον παρ' Αἰολεῦσίν ἐστιν ὦαι. Legentibus in memoriam redit Tibull. I. 4, 81: *heu heu* quam Marathus lento me torquet amore. De constructione verborum vide id. IV. 40: αἰαῖ τῶ σκληρῶ μάλα δαίμονος (coll. id. XV. 4). Hinc αἰαῖ Theodor. Fritzschius maluit quam ὦαι.

2 τετόρταιος] *per duos menses tenet me pueri amor febris quartana.*

μῆννα] Vide adn. ad id. XI. 41. Bergkius, Theod. Fritzschius, Schwabius, Ahrensius μῆνα antetulerunt.

3 μετρίω τ'] *modesti*, optimis moribus praediti. Cf. Theocr. epigr. XII. 3, Plat. Protag. p. 315 D, παρεκάθηντο δὲ αὐτῷ Παυσανίας καὶ μετὰ Παυσανίου νέον τι μειράκιον καλόν τε κἀγαθὸν τὴν φύσιν, τὴν δ' οὖν ἰδέαν πάνυ καλός.—Bergk. nihil deesse aestimans sic scripsit versum: κάλω μὲν μετρίως, ἀλλ' ὀπόσον τοι παῖδι πρέπει.

4 Intercidisse versum, cuius ultimum vocabulum fortuna residuum fecit, v. 3 adversativa particula ἀλλὰ —indicatur.

5 ταίς] Accusativus Aeolicus pro τὰς dictus, quem e. gr. apud Alcaeum frgm. 85 p. 954 (Νύμφαις, ταὶς Δίος ἐξ αἰγιόχω φαῖσι τετυγμέναις) legimus, defenditur etiam usu superiorum idylliorum: vide id. XXVIII. 20, XXIX. 29, XXIX. 39. Conz. *Lesb.* tab. XII. A, 8—9 ΤΑΙΣ ΔΕ ΓΥΝΑΙΚΑΣ ΚΑΙ ΤΑΙΣ ΘΥΓΑΤΕΡΑΣ. Cf. etiam Ahr. *dial. Aeol.* p. 71 sq. Hirzel. *dial. Aeol.* p. 50. Bergk. in *anth.* hanc recepit Theodori Fritzschii, quem non nominavit, coniecturam: καὶ νῦν μὲν τὸ κακὸν ταῖς μὲν ἔχει, ταῖσι δέ μ' οὐκ ἔχει, posse etiam—ταῖσι δέ μ' οὔδαμα vel alia legi *anth.* p. LXVI. asserens.

6 παραύαις] h. e. παρειαῖς, *genis.* Cf. id. XXVI. 1. Cramer. *anecd. Oxon.*

Τάχα δ' οὐδ' ὅσον ὕπνω 'πιτύχην ἔσσετ' ἐρωία.
Ἔχθες γὰρ παρίων ἔδρακε λέπτ' ἄμμε δι' ὀφρύγων,
Αἰδέσθεις ποτίδην μ' ἀντίος, ἠρεύθετο δὲ χρόα.
Ἔμεθεν δὲ πλέον τᾶς κραδίας ὦρος ἐδράξατο,
Εἰς οἶκον δ' ἀπέβαν ἕλκος ἔχων καὶ τὸ [κέαρ δάκων].

I. p. 343, 18 ad Odyss. XIX. 208 (*παρήια*): *οἱ Αἰολεῖς πάραυα λέγουσι τροπῇ καὶ ἐπενθέσει τοῦ υ τῷ ἰδίῳ ἔθει.* Mendosa sunt, quae ibid. tom. II. p. 301, 13 et apud Choerobsc. ibid. tom. II. p. 251, 34 leguntur. Παραύαις coniecit Bergkius.

γλύκυ] Hor. Od. II. 22 extr. *dulce ridentem* Lalagen amabo. Vide adn. ad id. I. 96.

μειδίαι] Aeolice pro *μειδιᾷ* sicuti *γέλαι*, *γελᾷ* (Gregor. Cor. *dial. Aeol.* § 15) cet. (Ioann. gramm. p. 319, gramm. Meerm. p. 661 ed. Gregor. Cor. Schaef.). Vide Gies. *dial. Aeol.* p. 213.

7 *'πιτύχην*] h. e. *ἐπιτυχεῖν*. Evidens hic est forma infinitivi aoristi Aeolica, cum qua contende quod infra, versu 9, legimus *ποτίδην*, id. XXIX. 30 (*συλλάβην*) vel versum Alcaei ab Aristotele Rhet. I. 9 p. 1367, a, 9 servatum, ubi Bekkerus e codice A[c]. apportavit *θέλω τι τ' εἴπῆν*, id. quod esse *θέλω τί Ϝείπην* Bergkius p. 948, Schneidewinus *delect.* p. 230, alii viderunt. Primus Bergkius *'πιτύχην* pro *πιτύχην*.

ἐρωία] h. e. *ἐρωή* (id. XXII. 192), *requies*. Servavit hic nobis librarius, cui carmen transscriptum debemus, vocabulum dignum quod in lexica nostra recipiatur. Hesychii est glossa *ἐρωία, ἐρωμένη*.

8 *ἔδρακε λέπτ'*] *connivens* (Plin. H. N. XI. 54, 144); Theod. Fritzschius comparavit Eur. Or. 225 *λεπτὰ γὰρ λεύσσω κόραις*. Cf. adn. ad id. I. 96 p. 47. Ibyc. frgm. 2 p. 998 Bergk. *Ἔρος αὖτέ με κυανέοισιν ὑπὸ βλεφάροις τακέρ' ὄμμασι δερκόμενος*.

ἄμμε] Haec Bergkii correctio est ab omnibus comprobata.

δι' ὀφρύγων] h. e. *δι' ὀφρύων*, *superciliose* ("superciliosus censor" a Seneca, ep. 123, "supercilii severi matrona" ab Ovidio, Trist. II. 309, dicitur). Etiam haec emendatio a Bergkio p. VIII. profecta est, accepta Schwabio et Ahrensio et abunde firmata glossis Hesychii (*ὀφρυγιᾷ* cet.). Accedit autem hoc *δι' ὀφρίων* ad potestatem adverbii, quod *superciliose* supra diximus. Similia praepositionis *διὰ* exempla sunt apud Krueger. ad Thuc. I. 40, 3, Eucken. *praep. Arist.* p. 38. Apte Ahrensius comparavit Anth. Pal. *app.* LXVIII. 5—6: *ἀμαυρὰ βλέψας ἐκ πελιῶν νωδὸς ἐπισκυνίων*.

9 *αἰδ.*] De participio aoristi cf. Iliad. XVII. 95, Classen. *serm. Hom.* p. 115. Theocr. VII. 128 *γελάσσας* (Iliad. VI. 484. Odyss. II. 301). Theod. Fritzschius coni. *ποτίδεν μ'*.

ἠρεύθετο] Ovid. Met. IV. 329 pueri rubor ora notavit. Heroid. IV. 72 verecundus tinxerat ora rubor.

10 *ὦρος*] h. e. *ὁ ἔρος*.

11 *ἕλκος ἔχων*] plane ut id. XI. 15. Verg. Aen. IV. 67 tacitum vivit sub pectore *vulnus*. Ovid. Her. XV. 276 Merk. descendit *vulnus* ad ossa meum. Stat. Achill. I. 639 quonam usque premes urentia pectora *vulnus*? Calpurn. XI. 12 sic tua desertis nudarunt *vulnera* silvis. Hor. Epod. XI. 17, fomenta *vulnus* nil malum levantia. Extremo in versu id edidi, in quod Curtius incidit, *κέαρ*, addito ex mea coniectura participio *δάκων* (cf. Theocr. XII. 25. Hesiod.

Πόλλα δ' εἰσκαλέσας θῦμον ἐμαύτω διελεξάμαν·
"τί δὴ ταῦτ' ἐπόης; ἀλλοσύνας τί ἔσχατον ἔσσεται;
Λεύκας. οὐ συνίησθ' ὄττι φόροις ἐν κροτάφοις τρίχας;
Ὠρά τοι φρονέειν! μὴ σὺ νέος τὰν ἰδέαν πέλῃ;

ἔργ. 451 κραδίην ἴδακε. Iliad. V. 493. Arist. Ach. I. Iliad. VI. 201 ὃν θυμὸν κατέδων).

12 πόλλα δ' εἰσκαλέσας θ.] Nam "*foris erat animus*" (Plaut. Merc. III. 4, 2), quem studuit tum poeta "*revocare*" (Cic. ad Att. XIII. 1) vel "*recipere*" (Hor. Epist. II. 2, 104), vel—ut aliis verbis enucleemus sententiam—poeta tum sibi ipse hoc dixit, quod bis diversis in carminibus ab eo pronunciatum est: πᾷ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι; (id. II. 19 et id. XI. 72).

διελεξ.] Hor. Epist. II. 2, 145, "quocirca loquor haec mecum."

13 τί δὴ τ. ἐπ.] *quid ista amatoria faciebas? qua tu mente ista agebas? τί παθὼν ταῦτα ἐποίεις; quid tibi volebas, insane* (φρένας ἠλέ, Iliad. XV. 128, cf. proximum ἀλοσύνας) *et quas res agebas?* (ut loquar cum Horatio, Sat. II. 6, 29, ubi vide Heindorf.) Verba Theocriti Kreusslerus reformavit.

ἀλλοσύνας τί ἔσχ. ἔσσ.] *quid erit extremum* huius tuae *vesaniae* vel "*dementis furoris*" (Prop. I. 14, 20)? Aeolice sonat ἀλλοσύνα, quod est ἠλοσύνη apud Nicandrum, Alex. 420. Cf. e. gr. ΤΑΝ ΣΤΑΛΛΑΝ (τὴν στήλην) Conz. *Lesb.* tab. XII. A 24, σελάννα (Berg. ad Sapph. frgm. 52 p. 894). Theocrito vindicavit hanc vocem Bergk. *progr.* p. IX.—Ceterum compara Ovid. Met. VII. 10: postquam ratione *furorem* vincere non poterat. Verg. Aen. IV. 101. Catull. C. 7. Prop. I. 13, 20. Prop. IV. 17, 3.

τί ἔσχατον] Ovid. Amor. III. 1, 15 *ecquis erit tibi finis* amandi? Prop. IV. 19, 4 nescitis captae mentis habere *modum*. Verg. Aen. IV. 98 sed *quis erit modus?* Ecl. II. 68 *quis* enim *modus* adsit amori? Ecl. X. 28 *ecquis erit modus?*

14 συνίησθ'] Cf. id. XXIX. 4. Etiamnunc veram duco esse hanc Kreussleri coniecturam.

φόροις] Huic, quae a codice offertur, formae temperavi, quum nihil impediat, quin sumamus fuisse verbum Aeolicum φόρωμι a φορόω ita ductum ut δοκίμωμι a verbo δοκιμόω (cf. adn. ad id. XXIX. 19). Bergkius, Theod. Fritzschius, Schwabius φόρεις corrigunt, Ahrensius φόρῃς.

ἐν κροτάφοις] Rursus audire tibi videris Theocritum id. XIV. 68 dicentem: ἀπὸ κροτάφων πελόμεσθα πάντες γηραλέοι. Quamquam alios quoque me non fugit dixisse similia.

τρίχας] Quum accepissem calens a prelo apographum codicis ac primum huius versus prima verba (λεύκας —) legissem, exspectabam me in extremo versu inventurum esse τρίχας. Idem Theod. Fritzschio accidit, qui primus sic correxit. Certissimam hanc correctionem vocat Ahrensius l. l. p. 21.

15 ὦρά] h. e. ὥρα. Qui hoc vocabulum προπερισπωμένως scripsit tanquam Aeolicum (cf. Ahrens. *dial. Aeol.* p. 109), eidem ψιλῶς necessario scribendum erat. Reposui igitur ὦρα. Cf. Bergk. ad Sapph. frgm. 52, 3 p. 894 (et adn. ad v. 2). Apud Alcaeum quidem longa ultima est huius vocabuli, frgm. 39, 2 p. 944 Bergk.: ἀ δ' ὤρα χαλέπα.

μὴ κτλ.] *numnam tu specie* (τὰν ἰδέαν, cf. id. XXIX. 6) *es iuvenis? du bist doch nicht ein Jüngling? You are*

Πάντ' ἔρδ', ὅσσα περ οἱ τῶν ἐτέων ἄρτια γεύμενοι.
Καὶ μὰν ἄλλος ἐλάσθη· τὸ δ' ἄρ' ἦς λώιον, ἔμμεναι
Ξέννον τῶν χαλέπων παῖδος ἐρώτ[ων καὶ ἐλεύθερον].
Τῷ μὲν γὰρ βίος ἕρπει προγόνοις ἴσ' ἐλάφω θόας,
Ἀλλάσσει δ' ἑτέρᾳ ποντοπόρην αὔριον ἅμερος.

not a youth, I suppose? Cf. id. v. 74. Hermann. ad Viger. p. 787. Baeumlein. *partic. Gr.* p. 303. De Latina interrogatione *numnam* vel *numne* cf. Ritschl. *proll.* ad Plaut. Trin. p. 75. Holtz. *synt. pr. script. Lat.* II. p. 270.

σὺ] Vide adn. ad id. XXIX. 7. Bergk. et Schwab. coni. ὡρά τοι φρονέειν μὴ οὔ τι νέος τὰν ἰδέαν πέλῃ, Theod. Fritzsch. ὡρά τοι φρονέειν, μὴ αὖτε νέος τὰν ἰδέαν πέλῃ, Ahrens. ὥρα τοι φρονέειν, μὴ οὔτι νέος τὰν ἰδέαν πέλωνπάντ' ἔρδ', ὅσσα περ οἱ τῶν ἐτέων ἄρτι γεγευμένοι.

16 πάντ'—] Sententia haec est: *fac omnia ea, quae faciunt viri, qui prorsus gustant annos*, h. e. quorum sunt cani capilli (v. 14), qui conscientia senectutis vel iam urguentis vel subrepentis vident etiam atque etiam et considerant quid aetatem, cuius iam "*gustatum*" habent, deceat et vale dicendum esse ludicris intelligunt atque amoribus. De participio γεύμενοι (h. e. γενόμενοι) cf. Pind. Isthm. I. 21 γεύμενοι στεφάνων νικαφόρων, Theocr. XIV. 51 γεύμεθα, h. e. γενόμεθα, et Theocr. XXX. 32 δεύμενος.

17—18 καὶ μὰν] Versus 17—18 hoc sibi volunt: *ac profecto* (καὶ μὰν—id. IV. 23, X. 23, coll. id. V. 122—Odyss. XI. 582, XI. 593. Markl. ad Eur. Suppl. 1010. Rehdantz. ad Dem. Olynth. II. p. 20, 19 § 9. Weber. ad Dem. Aristocr. p. 347. Klotz. ad Devar. II. p. 650 sqq.—) "*aliis* multis *profuit oblivionem amorum petere.*" Nam, ut ait Ovidius, Remed. 729, admonitu refricatur amor, vulnusque novatum scinditur. "*Hos, qui oblivisci potuere, tu nunc imitare. Nam melius est "hospitem" esse in puerorum amoribus et ab his plane liberum.*"

ἄρ ἦς] Imperfectum tempus cum voc. ἄρα ita coniunctum ut e. gr. in versu Niciae, arg. id. XI. p. 344, vel apud Simonidem, fragm. 89 ἦν ἄρ' ἔπος τόδ' ἀληθές. Priscus versui splendor per Bergkii coniecturam, quam ego, Theod. Fritzschius, Schwabius fautores utroque pollice laudamus, restitutus est.

18 ξέννον] Cum significatione vocis pariter a Soph. Oed. R. 219, quem Bergkius testem citat, et a Moscho, quem Theod. Fritzschius, III. 96, laudat, adhibitae libet etiam conferre Plat. Apol. p. 17 D ξένως ἔχω τῆς ἐνθάδε λέξεως.

19 τῷ μὲν κτλ.] Nihil melius excogitari potest, quam hoc, quod Bergkio album calculum cum Schwabio adiiciens ego edidi.

προγόνοις] De brevitate comparationis vide adn. ad id. V. 57.

ἐλάφω] Anacr. frgm. 52 p. 1024: οἷά τε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνόν, ὅστ' ἐν ὕλῃ κεροέσσης ἀπολειφθεὶς ὑπὸ μητρὸς ἐπτοήθη. Hor. Od. I. 23, 1: vitas hinnuleo me similis, Chloe. Hor. Od. III. 11 v. 9 sq.: quae (Lyde) velut latis equa trima campis ludit exsultim metuitque tangi nuptiarum expers. Anacr. frg. 75 p. 1029 Bergk.

20 ἀλλάσσει] *sed hanc ille vitam mutat* (mutabit, mihi crede, si bene pueros novi) *die crastino* (propediem) atque ita quidem *ut mitis vela pandat in partem alteram*, ut "cursum

Οὐδ' αὔτῳ γλυκέρας ἄνθεμον ἄβας πεδ' ὑμαλίκων
Μένει. τῶ δ' ὁ πόθος καὶ τὸν ἔσω μύελον ἐσθίει

teneat" in partem alteram (Cic. II. Verr. IV. 34, 89), h. e. ut ad amores a puerili ludo sese convertat atque alicui amatori faveat vel "*velificetur*," ut loquamur cum Coelio apud Cic. ad Div. VIII. 10, 2 (ne *velificatus* alicui dicaris). Cf. etiam Ovid. Remed. am. 14: (amator) gaudeat et vento *naviget* ille suo. Verbum ἀλάσσει (de cuius tempore praesenti vide adn. ad id. VI. 22) Kreussleri sagacitati debemus.

ἑτέρᾳ] adverbium est significatque *in partem alteram*. Cf. ἄλλᾳ, id. II. 6.

ἅμερος] h. e. ἥμερος, *mansuetus, mitis* (cf. Pseudotheocr. XXIII. 3). Proprie hoc epitheton animalibus mansuetis tribuitur (Lucian. dial. mar. XV. 2, Odyss. XV. 162) estque contrarium nomini ἄγριος (Iliad. VIII. 338 al.). Quum vero et ἄγριος translate dicatur de puero feroci ac duro (Pseudotheocr. XXIII. 19) et ἥμερος de puero miti (Pseudotheocr. l. l.), cum insigni elegantia Theocritus recens ab imagine proxima (βίος—ἐλάφω θόας) ponit nomen ἅμερος, quasi sit iam puer hinnuleus mansuefactus.

21 **οὐδ'—**] Hanc sententiam haec verba significant: *ne illi quidem flos iuventae perpetuo manet.*

αὔτῳ] Hoc ex indiciis codicis Zieglerus eruit.

ἄνθεμον] Theogn. 1305 γνοὺς ὅτι παιδείας πολυηράτου ἄνθος ὠκύτερον σταδίου.

ἄβας] scripsi, coll. Alc. frgm. 101 p. 957 Bergk.

πεδ'] h. e. μετ'—. Vide adn. ad id. XXIX. 38.

ὑμαλίκων] h. e. ὁμηλίκων (Odyss. XV. 197, coll. Theocr. XVIII. 22 συνομάλικες). *Non iam* "*gestiet puer paribus* colludere" (Hor. Art. poet. 159). Ex adnotationibus ad id. XXIX. 20 et adn. ad id. XXVIII. 3 (ὑμάρτῃ) disces ob dialectum meditatum me scripsisse ὑμαλίκων, non ὑμαλίκων. Nam adspirationem vocabuli ὅμοιος Aeolicam firmat Latini vocabuli *similis* comparatio, in quo ut in aliis (ὗς, sus, ἅλς, sal) alternant sibila littera atque spiritus asper.

22 **τῶ δ' ὁ πόθος**] *huius autem desiderium* nihilo minus *medullam*—tuam videlicet—*exedit intimam*, quum tamen videas illum nunc ab amoribus esse alienum, praevideasque eundem mox aliis potius amatoribus te iunioribus morem esse gesturum, brevi vero tempore flore iuventae et decore privatum iri? Quin tu desistis ineptire! Ne dativum σοι vel pronomen possessivum poetae addendum fuisse existimes, cum hac sententia compone id. VII. 50. Cic. Tusc. I. 46, 111: illa suspicio *cruciat* (non dixit *cruciat nos*). Hor. Od. IV. 1, 5—6. Theocritum loqui credes, ubi relegeris tertii idyllii versum 17, quo de Amore dicitur ὅς με κατασμύχων καὶ ἐς ὀστίον ἄχρις ἰάπτει, vel id. VII. 102 ἐκ παιδὸς Ἄρατος ὑπ' ὀστίον αἴθετ' ἔρωτι.

μύελον] Vide id. XXVIII. 18. Theod. Fritzschius et Schwabius assensu suo id, quod Bergkius scripsit, comprobaverunt:—μέλει· τῷ δ' ὁ πόθος κὰτ τὸν ἔσω μυελὸν ἐσθίει. Ahrensius coniectavit—μέλδει· τῷ κτλ. Explicationis causa vir doctissimus p. 25 haec subiunxit: "Quod dedi μέλδει, intransitiva notione uti [?] volo, cf. Hesych. μέλδειν, μέλδεσθαι. Itaque μέλδει = μέλδεται est, i. q. τήκεται (Hesych. μέλδει, τήκει), quae vox sententiae bene convenit, cf. Anth. Pal. VI. 285, 5 [potius 6] ἔργα νέον τήκειν ἄνθος ἐπιστάμενα."

'Ομμιμνασκομένῳ, πόλλα δ' ὄρη νύκτος ἐνύπνια;
Παύσασθαι δ' ἐνίαυτος χαλέπας οὐκ ἴ[κανος νόσω].”
Ταῦτα κἄτερα πόλλα προτ' ἔμον θῦμον ἐμεμψάμαν.
'Ο δὲ τοῦτ' ἔφατ'· “ὄττις δοκίμοι τὸν δολομάχανον
Νικάσειν Ἔρον, οὗτος δοκίμοι τοὶς ὑπὲρ ἀμμέων

23 ὀμμιμν.] h. e. ἀναμιμνησκομένῳ. Cf. id. XXIX. 26. Correxit Bergkius assensu criticorum, qui de hoc carmine disputaverunt, omnium.

ὄρη] h. e. ὁρᾷ. *Desiderium tuum multa noctu videt insomnia.* Interpretis loco est Horatius, Od. IV. 1 37: “nocturnis ego somniis iam captum teneo, iam volucrem sequor te per gramina Martii campi, te per aquas, dure, volubiles.”

24 οὐκ ἴκανος νόσω] Hoc modo ut instaurarem versum movit me littera κ voci οὐχί superscripta, ex qua concludo οὐκ pro οὐχ e libro meliore olim a grammatico illatum et negationem illam secutum esse vocabulum ψιλούμενον a littera ι incipiens, quo aptius quam ἴκανος nondum inveni. Supplementum ex id. II. 95 petivi. Ceterum hic quoque manus Bergkii emendatrix in universum valuit, qui quidem παύσασθαι δ' ἐνιαυτὸς χαλεπᾶς οὐκὶ δύας ἅλις, id quod etiam Theodoro Fritzschio arrisit, edidit. Ahrensii haec coniectura est: παύσασθαι δ' ἐνιαυτοῖς χαλεπῶν οὐκὶ δυνάσεται.

25 κἄτερα] h. e. καὶ ἕτερα. Psiloseos indicium est in versu proximo.

προτ'] *apud animum meum questus sum, animo meo conquestus sum* (Sil. Ital. VIII. 94). Μέμφεσθαι non minus recte hoc loco dicitur addita praepositione πρὸς, quam Xen. Oecon. XI. 23: ἢ μέμφομαί τινα πρὸς τοὺς φίλους ἢ ἐπαινῶ. Nam animus poetae, quem hic alloquitur et quem reprehendit, ab ipsius persona divelli non potest: litigans secum ipse litigat etiam cum animo. Accedo igitur Bergkio προτ' emendanti, cui etiam Theod. Fritzschius et Schwabius accesserunt. Ahrensius coni. πόλλ' ἅσπερ —coll. Odyss. IV. 75.

26 ὁ δὲ] Qui miratur loqui hic animum, is comparet inter alia Hor. Sat. I. 2, 68.

δοκίμοι] Attice diceres δοκιμοῖ. Vide adn. ad id. XXVIII. 19. Ad hanc emendationem Bergkii Theod. Fritzschius, Schwabius, Ahrensius sese iure aggregaverunt. Eadem est Bergkii emendatio v. 27.

δολομάχανον] Hoc adiectivum admonet nos de verbis Simonidis, frgm. 42: σχέτλιε παῖ, δολόμητις 'Αφροδίτα τὸν Ἄρει δολομαχάνῳ τέκεν, ubi fortasse δολομάχανον scribendum.

27 νικάσειν] Cf. id. I. 97: τὸν Ἔρωτα λυγίζειν.

Ἔρον] Nominativum Ἔρος usurpatum vidimus ab Ibyco, frag. 2 p. 998, a Theocrito id. XXIX. 22 (id. XXX. 2), id. XXX. 10. Eodem modo loquitur Sappho frgm. 40 p. 890 et frgm. 79 p. 903 Bergk. In formando accusativo Ἔρον, quem legimus hoc loco et quem et ipsum Aeolicum Etym. M. p. 379, 35, schol. Iliad. I. 469, Eustath. ad h. l. p. 136, 33 al. appellant, Ahrensio *dial. Aeol.* p. 120 Aeoles e tertia declinatione in secundam declinationem transisse videntur. Rectius Theod. Ameisius, *de Aeolismo Hom.* p. 44, comparata consuetudine loquendi Homerica, sententiam Gregorii Cor. *dial. Aeol.* § 32 defendit atque secundae declinationi vindicat has formas omnes, quibus etiam Homerus utitur: ἔρος

Εὕρην βραιδίως ἄστερας ὀπποσσάκις ἔννεα.
Καὶ νῦν εἴτ' ἐθέλω, χρή με μάκρον σχόντα τὸν ἄμφενα

(Iliad. XIV. 315), ἴρῳ (Odyss. XVIII. 212), ἴρον (Iliad. VII. 323, I. 469 al.). Eadem est ratio formarum γέλος, γέλον (Ahrens. l. l.), de quibus grammaticus Meermannianus p. 664 Sch. (λέγεται δὲ παρ' αὐτοῖς—Aeolensibus—ὁ ἔρως ἔρος, καὶ ὁ γέλως γέλος. καὶ κλίνουσιν αὐτὰ ὁμοίως τοῖς εἰς ος λήγουσι κυρίοις ὀνόμασι) et Tzetzes in Hesiod. p. 104 (τὸν ἔρον δὲ καὶ τὸν γέλον ὁμοίως Αἰολικῶς). Iusto citius Bekkerus Iliad. I. 599 et Odyss. VIII. 326 γέλος edidit, quum Odyss. VIII. 343 et 344 γέλως non mutaverit. Recte *La Roche* Odyss. VIII. 326 γέλως, quod constantia sermonis postulat, servavit.

δοκίμοι] Vide v. 26.

27—28 τοὶς—ἔννεα] Sententia haec est: "qui se Amorem putat posse vincere, *is putat se invenire numerum astrorum*," vel, ut poeta dicere maluit, "*putat se posse astra invenire et dicere quoties exstet enneas, numerus ille sanctus novenarius*." Habes igitur idem dicendi genus, de quo dixi ad id. II. 69 (φράζεο—ἵκετο). Quintil. X. 1, 62 "Stesichorum quam sit ingenio validus materiae quoque ostendunt." De verbo εὑρεῖν (εὕρην) cf. et Herod. I. 5, 1. Quin poeta hic ἔννεα dixerit, eo minus dubium est, quod Zieglerus quoque idem quod ego de Curtii coniectura antea scripseram vocabulum eruisse sibi e codice visus est. Utitur autem Theocritus *mystico enneadis nomine* quo res videatur augustior. Cf. Eustath. ad Iliad. II. 96 (ἐννέα κήρυκες) p. 180, 18: προσπαθῶς ἔχει ὁ ποιητὴς τῷ ἐννέα ἀριθμῷ διά τε ἄλλας αἰτίας, ἃς λέγουσιν οἱ παλαιοί, οἷον καὶ ὅτι τετράγωνός ἐστι καὶ τέλειος ἐκ τελείου τοῦ τρία γινόμενος πολυπλασιασθέντος εἰς ἑαυτὸν κτλ. Auson. id. XI. (*gryph. ternarii numeri*), 1: ter bibe vel *totiens ternos: sic mystica* lex est. Hor. Od. III. 19, 14 ternos ter cyathos petet vates. Sententiam simillimam his verbis Catullus LXI. 206 expressit: "ille pulveris Africi siderumque micantium subducat numerum prius, qui vostri numerare volt multa milia ludi" (cf. et Catull. VII. 7—"aut quam sidera multa, quum tacet nox furtivos hominum vident amores"—nostri cetera). Plat. Euthydem. p. 294 B ἦ καὶ τὰ τοιαῦτα (ἐπίστασθον) τοὺς ἀστέρας ὁπόσοι εἰσὶ καὶ τὴν ἄμμον. Quae Platonica firmant interpretationem nostram.

28 εὕρην] Quod scripsi εὕρην (εὑρεῖν), id defenditur versu 7 (πιτύχην).

βραιδίως] h. e. ῥηιδίως, ῥᾳδίως. Hesych. βραίδιον, ῥᾴδιον Αἰολεῖς. Eustath. ad Iliad. II. 1 p. 163, 21 τὸ ῥᾴδιον Αἰολικῶς βρᾴδιον λέγεται. Vide etiam id. XXVIII. 11 (βράκη).

29 ἐθέλω] Versus totus a sordibus vetustatis liberatus est per Bergkium, cuius sententiam Theod. Fritzschius, Schwabius, Ahrensius magno assensu consecuti sunt.

μάκρον—ἄμφενα] iugum nunc mihi Cupidinis trahendum est (v. 30), *quum ego antea* nimium viribus meis fretus (cf. id. I. 97) *cervicem habuerim altam atque* "*arduam*." Imago sumpta est ab equis generosis, quorum, ut apud Verg. Georg. III. 79 et Hor. Sat. I. 2, 89 legimus, est *ardua cervix*. De adiectivo μακρός (μάκρος scripsi Aeolensium more) vide adn. ad id. VIII. 2. Similiter Hor. Od. III. 16, 19 *late conspicuum* (μακρὸν) tollere "*verticem*," Od. I. 1 extr. *sublimi* feriam sidera "*vertice*." Quod quum scribo, aliud esse *cervicem*, aliud *verticem*, luculente scio. De

Ἕλκειν τὸν ζύγον, εἴτ' οὐκ ἐθέλω· ταῦτα γὰρ ὤγαθος
Βούλεται θέος, ὃς καὶ Δίος ἔσφαλε μέγαν νόον
Καὔτας Κυπρογενήας. ἔμε μάν, φύλλον ἐπάμερον,

participio aoristi σχών compara Plat. Gorg. p. 519 D: τί ἂν ἀλογώτερον εἴη πρᾶγμα, ἀνθρώπους ἀγαθοὺς καὶ δικαίους γενομένους, σχόντας δὲ δικαιοσύνην ἀδικεῖν; Soph. Electr. 551: γνώμην δικαίαν σχοῦσα τοὺς πέλας ψέγε, ibique Schneidew. Plat. Tim. p. 60 A al.

ἄμφενα] h. e. αὐχένα. Vindicavit Theocrito hanc vocem Bergkius *progr.* p. XIV. laudata glossa Hesychii, quae huius nostri auxilio versus invicem emendatur. Est enim apud Hesychium ἀμφήν, αὐλήν. Hesychius non est dubium quin scripserit ἀμφήν, αὐχήν. Ceterum cf. Ahrens. *dial. Aeol.* p. 42 et *dial. Dor.* p. 503.

30 ἕλκειν τ. ζ.] oportet me "*subdere colla iugo*" Cupidinis (Tibull. I. 2, 90). Nonn. Dion. VII. 198, Lucian. de merc. cond. 13 ὑποκύψαντα τὸν ζυγὸν ἐλαφρόν τε ὄντα καὶ εὔφορον. Valck. ad Eurip. Phoen. 74.

ὤγαθος] h. e. ὁ ἀγαθός, deus ille quem cupio mihi semper esse "*bonum*" (Hor. Od. IV. 2, 38. Ter. Ad. III. 3, 86.—Hor. Epist. II. 1, 101. Liv. XXX. 21), *aequum, propitium.* Vide id. XVIII. 16 (ἀγαθός τις): e cuius versus similitudine de auctore utriusque carminis eodem nihil certi concludo. Fidem explicationi nostrae facit similis ratio Soph. Oed. Col. 486: ὥς σφας καλοῦμεν Εὐμενίδας, ἐξ εὐμενῶν στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην. Veram credo esse coniecturam Bergkii ὤγαθος. Theod. Fritzschius rescribi voluit ὤγαθέ, id quod Schwabius et Ahrensius ratum habuerunt.

31 θέος, ὃς κτλ.] Acquiescendum in Bergkii emendatione esse omnes critici iudicaverunt.

Δίος] Cf. Soph. Antig. 786 καί σ' οὔτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδείς. Ibid. 800. Verg. Aen. I. 665 nate, patris summi, qui tela Typhoïa temnis.

ἔσφαλε] Venus apud Eurip. Hipp. 6: σφάλλω δ' ὅσοι φρονοῦσιν εἰς ἡμᾶς μέγα.

μέγαν] Memoriae nostrae hic recurrit similis *magni* appellatio, id. XXVI. 34, ut eundem Iovem Theocritus, qui μέγας Ζεύς Iliad. XIV. 417 al. audit, cogitatione sua depinxisse videatur.

νόον] Hoc a poeta profectum esse credo sive id exstat vere in codice, ut ait Studemundius, sive ibi est γόον, quod legisse se dicit Zieglerus.

32 καὔτας] Tonosin Aeolicam firmat codex.

Κυπρογενήας] Κυπρογένειαν dixerunt Bion. X. 1. Pind. Pyth. IV. 216 al. Tonum rectum Bergkius vocabulo reddidit. Sed memorabile quod etiam in Etym. M. p. 666, 51 legitur ἔπετον κυπρογενῆας ut est in nostro codice. Exstat ibi fragmentum Alcaei mutilum, quod Cramerus *anecd. Oxon.* I p. 144 sic scriptum exhibuit: ἔπετον Κυπρογεῆας παλαμήσιν, sic legens haud dubie compendium codicis, quod Bergk. p. 949 poet. Gr. lyr. non accurate expressit. Sed idem Κυπρογενήας, Ahrensius vero *dial. Aeol.* p. 249 Κυπρογενῆας in eodem illo Alcaei fragmento edidit. Idem tamen Ahrensius hic Κυπρογενήας ponere maluit cum Bergkio, Theod. Fritzschio, Schwabio. Recte vero. Vide Ahrens. *dial. Aeol.* p. 91. Ceterum Veneris eiusmodi hic commemoratio est ut Moschum I. 21 huius versus memorem fuisse suspiceris.

φύλλον ἐπάμερον] h. e. φύλλον ἐφήμερον, *vix unius diei folium, folium celeriter caducum* (vide v. 33). Poeta quum id significare vellet,

Σμίκρας δεύμενον αὔρας ὀνέμων, ἦκα φόρην [πρέπει].

quod Tibullus I. 6, 3 scripsit: "an gloria magna est *insidias* (ἔσφαλε) homini composuisse deum?" mortalem hominem cum folio vi ventorum ex arbore decusso comparat, usus imagine Homerica, Iliad. VI. 146: *οἵη περ φύλλων γενεή, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν. φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει—.*

ἐπάμερον] Audiamus modo Pindarum (Pyth. VIII. 92):—*ἐν ὀλίγῳ βροτῶν τὸ τερπνὸν αὔξεται. ἐπάμεροι· τί δέ τις; τί δ' οὔ τις; σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος.* Audiamus Aeschylum (Prom. 546): *τίς ἐφαμερίων ἄρηξις; οὐδ' ἐδέρχθης ὀλιγοδρανίαν ἄκικυν ἰσόνειρον, ᾧ τὸ φωτῶν δέδεται* (Mein.) *γένος ἐμπεποδισμένον*; Audiamus Platonem (Legg. XI. p. 923 A) *ὦ φίλοι, φήσομεν, καὶ ἀτεχνῶς ἐφήμεροι.* Denique his ipsius Theocriti verba addamus (id. XIII. 4) *ἁμῖν —, οἱ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμες.*

33 *σμίκρας κτλ.*] me, folium, egens *exigua aura, quae me ventilet, decutiat, auferat.* Nomini *αὔρα* infinitivus (*ὀνέμων*) eodem pacto additur, quo id. XXIV. 136 *ἄρτος κορέσσαι* legimus. Est autem *ὀνέμων* infinitivus Aeolicus verbi *ὀνέμωμι*, h. e. *ἀνεμόω*, cuius prima syllaba ita mutata est ut id. XXVIII. 9 *ὄλοχος, ἄλοχος.* Terminatio autem analogiam habet verbi *δίδων*, id. XXIX. 9 al. De potestate verbi cf. Lycophr. 1119 ibique schol. Anth. Pal. XIII. 12, 2. Lucian. dial. mar. XV. 2. Exquisitior mihi videtur haec explicatio, qua mobilitas significetur animi, qui facillime amore incendatur. Videlicet Suidas s. v. *ἠνεμόεσσαν* haec habet: *ἠνεμῶσθαι τὸ περὶ τὸν ἔρωτα ἐπτοῆσθαι. Αἰλιανός "καὶ ἐδόκει περὶ τὴν ἄνθρωπον ἀκρατῶς ἠνεμῶσθαι."* Cf. Aelian. H. an. VII. 17 *περὶ τὰς νέας ἠνέμωνται* (*μαίνονται*). (*Fritzsche.*)

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΟΥ

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

α΄. I.

ΤΑ ῥόδα τὰ δροσόεντα, καὶ ἡ κατάπυκνος ἐκείνα
  Ἕρπυλλος κεῖται ταῖς Ἑλικωνιάσι.
Ταὶ δὲ μελάμφυλλοι δάφναι τίν, Πύθιε Παιάν·
  Δελφὶς ἐπεὶ πέτρα τοῦτό τοι ἀγλάϊσε.
Βωμὸν δ᾽ αἱμάξει κεραὸς τράγος οὗτος ὁ μαλός,
  Τερμίνθου τρώγων ἔσχατον ἀκρέμονα.

ΑΛΛΟ. β΄. II.

Δάφνις ὁ λευκόχρως, ὁ καλᾷ σύριγγι μελίσδων
  Βωκολικὼς ὕμνως, ἄνθετο Πανὶ τάδε·
Τὼς τρητὼς δόνακας, τὸ λαγωβόλον, ὀξὺν ἄκοντα,
  Νεβρίδα, τὰν πήραν, ᾇ ποκ᾽ ἐμαλοφόρει.

ΑΛΛΟ. γ΄. III.

Εὕδεις φυλλοστρῶτι πέδῳ, Δάφνι, σῶμα κεκμακὸς
  Ἀμπαύων· στάλικες δ᾽ ἀρτιπαγεῖς ἀν᾽ ὄρη.
Ἀγρεύει δέ τυ Πάν, καὶ ὁ τὸν κροκόεντα Πρίηπος
  Κισσὸν ἐφ᾽ ἱμερτῷ κρατὶ καθαπτόμενος,
Ἄντρον ἔσω στείχοντες ὁμόῤῥοθοι· ἀλλὰ τὺ φεῦγε,
  Φεῦγε μεθεὶς ὕπνου κῶμα καταγρόμενον. 6

I. Anthol. Pal. VI. 336.
II. Anthol. Pal. VI. 177.
III. Anthol. Pal. IX. 338.

6 καταγρόμενον. καταγόμενον Pal. sive Vat., καταγρόμενον vulg., unde Brodæus καταγρόμενος, κατεγρόμενος.

ΑΛΛΟ. δ'. IV.

Τήναν τὰν λαύραν, τῶς αἱ δρύες, αἰπόλε, κάμψας
  Σύκινον εὑρήσεις ἀρτιγλυφὲς ξόανον,
Τρισκελές, αὐτόφλοιον, ἀνούατον· ἀλλὰ φάλητι
  Παιδογόνῳ δυνατὸν Κύπριδος ἔργα τελεῖν.
Σακὸς δ' εὖ ἱερὸς περιδέδρομεν· ἀέναον δὲ
  Ῥεῖθρον ἀπὸ σπιλάδων πάντοσε τηλεθάει
Δάφναις, καὶ μύρτοισι, καὶ εὐώδει κυπαρίσσῳ,
  Ἔνθα πέριξ κέχυται βοτρυόπαις ἕλικι
Ἄμπελος· εἰαρινοὶ δὲ λιγυφθόγγοισιν ἀοιδαῖς
  Κόσσυφοι ἀχεῦσιν ποικιλότραυλα μέλη·
Ξουθαὶ ἀηδονίδες μινυρίσμασιν ἀνταχεῦσι,
  Μέλπουσαι στόμασιν τὰν μελίγηρυν ὄπα.
Ἕζεο δὴ τηνεί, καὶ τῷ χαρίεντι Πριήπῳ
  Εὔχε' ἀποστέρξαι τοὺς Δάφνιδός με πόθους·
Κεὐθὺς ἐπιῤῥέξειν χίμαρον καλόν. ἢν δ' ἀνανεύσῃ,
  Τοῦδε τυχών, ἐθέλω τρισσὰ θύη τελέσαι·
Ῥέξω γὰρ δαμάλαν, λάσιον τράγον, ἄρνα, τὸν ἴσχω
  Σακίταν· ἀΐοι δ' εὐμενέως ὁ θεός.

'Non liquet,' ait Jacobs.; sed hoc, opinor, non obscurum est in *καταγρόμενον* vocem latere quæ somni tacite super palpebras serpentis et quasi *καταστάζοντος* vim, et natantia lumina solventis, declaret; ut igitur apud Latinos sopor leni quasi flumine destillare dicitur, sic Pind. Pyth. 14 somni *νεφέλα, γλεφάρων ἁδὺ κλαΐστρον, καταχεῖται*, et *καρδία ἰαίνεται κώματι*. Sic Aristoph. Vesp. 7, *κατὰ ταῖν κόραιν ὕπνου τι καταχεῖται γλυκύ*, et suavissimè Sappho, *ἀμφὶ δ' ὕδωρ ψυχρὸν κελαδεῖ δι' ὕσδων μαλίνων, αἰθυσσομένων δὲ φύλλων* ΚΩΜΑ ΚΑΤΑΡΡΕΙ. Quare pro Codicis Palatini lectione, *κῶμα* ΚΑΤΑΓΡΟΜΕΝΟΝ, legi fortasse debet *κῶμα* ΚΑΤΕΙΒΟΜΕΝΟΝ. Hesych. ΚΑΤΕΙΒΟΜΕΝΟΝ: ΚΑΤΑΡΡΕΟΝ. In MSS. *αγ* et *ει* eodem ductu pinguntur.

IV. Anthol. Pal. IX. 437.

5 *ἕρκος δ' ευθ' ιερον* (sic) Pal. *κᾶπος δὲ σκιερός* ed. Flor. (*σακὸς δ' εὖ ἱερὸς* Callierg. cum *κᾶπος* in marg.). *ἕρκος δὲ σκιερὸν* malit F. Jacobs.; sed vera scriptura hucusque latuisse videtur. Equidem minimè dubito quin pro ΔΕ ΣΚΙΕΡΟΣ legendum sit ΔΕ ΣΦ' ἹΕΡΟΣ. *Σφὲ*, *Eum* (Priapum) *sacer cingit* *κᾶπος* vel *σακός*. Hinc patet variarum lectionum fons.

Huic nostræ conjecturæ suffragari video Meinekium, in secundâ editione p. 401, nisi quod ille legere maluerit *ἕρκος δέ σφ' ἱερόν*.

ΑΛΛΟ. ε'. V.

Λῇς ποτὶ τᾶν Νυμφᾶν, διδύμοις αὐλοῖσιν ἀεῖσαι
 Ἁδύ τι μοι; κἠγὼν πακτίδ' ἀειράμενος
Ἀρξεῦμαί τι κρέκειν· ὁ δὲ βωκόλος ἄμμιγα θελξεῖ
 Δάφνις, καροδέτῳ πνεύματι μελπόμενος.
Ἐγγὺς δὲ στάντες λασίας δρυὸς ἄντρου ὄπισθεν,
 Πᾶνα τὸν αἰγιβάταν ὀρφανίσωμες ὕπνου.

ΑΛΛΟ. ϛ'. VI.

Ἆ δείλαιε τὺ Θύρσι, τί τοι πλέον, εἰ καταταξεῖς
 Δάκρυσι διγλήνους ὦπας ὀδυρόμενος;
Οἴχεται ἁ χίμαρος, τὸ καλὸν τέκος, οἴχετ' ἐς ᾅδαν·
 Τραχὺς γὰρ χαλαῖς ἀμφεπίαξε λύκος·
Αἱ δὲ κύνες κλαγγεῦντι· τί τοι πλέον, ἁνίκα τήνας
 Ὀστέον οὐδὲ τέφρα λείπεται οἰχομένας;

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑ ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ. ζ'. VII.

Ἦλθε καὶ ἐς Μίλατον ὁ τῶ Παιήονος υἱός,
 Ἰητῆρι νόσων ἀνδρὶ συνοισόμενος
Νικίᾳ· ὅς μιν ἐπ' ἆμαρ ἀεὶ θυσέεσσιν ἱκνεῖται,
 Καὶ τόδ' ἀπ' εὐώδους γλύψατ' ἄγαλμα κέδρου,
Ἠετίωνι χάριν γλαφυρᾶς χερὸς ἄκρον ὑποστὰς
 Μισθόν· ὁ δ' εἰς ἔργον πᾶσαν ἀφῆκε τέχναν.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΟΡΘΩΝΟΣ. η'. VIII.

Ξεῖνε, Συρηκόσιός τοι ἀνὴρ τόδ' ἐφίεται Ὄρθων,
 Χειμερίης μεθύων μηδαμὰ νυκτὸς ἴῃς.
Καὶ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτον ἔχω πότμον· ἀντὶ δὲ πολλᾶς
 Πατρίδος ὀθνείην κεῖμαι ἐφεσσάμενος.

V. Anthol. Pal. IX. 433.
3 ταξεῦμαι Pal.
6 Vide Buttmann. Schol. Odyss. λ. 613, p. 394.
VI. Anthol. Pal. IX. 432.
5 τί τὸ πλέον Brunck.
VII. Anthol. Pal. VI. 337.
VIII. Anthol. Pal. VII. 660.
3 ἀντὶ δὲ πολλᾶς πατρίδος. Mihi πολλᾶς sincerum esse non persuadet

ΑΛΛΟ. θ'. IX.

Ἄνθρωπε, ζωῆς περιφείδεο, μηδὲ παρ' ὥρην
Ναυτίλος ἴσθ'· ὡς ἔστ' οὐ πολὺς ἀνδρὶ βίος.
Δείλαιε Κλεόνικε, σὺ δ' εἰς λιπαρὴν Θάσον ἐλθεῖν
Ἠπείγευ, κοίλης ἔμπορος ἐκ Συρίης,
Ἔμπορος, ὦ Κλεόνικε· δύσιν δ' ὑπὸ Πλειάδος αὐτὴν
Ποντοπορῶν αὐτῇ Πλειάδι συγκατέδυς.

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑ ΜΟΥΣΩΝ. ι'. X.

Ὑμῖν τοῦτο, θεαί, κεχαρισμένον ἐννέα πάσαις
Τὤγαλμα Ξενοκλῆς θῆκε τὸ μαρμάρινον,
Μουσικός. οὐχ ἑτέρως τις ἐρεῖ. σοφίῃ δ' ἐπὶ τῇδε
Αἶνον ἔχων, Μουσέων οὐκ ἐπιλανθάνεται.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΕΥΣΘΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΦΥΣΙΟΓΝΩΜΟΝΟΣ. ια'. XI.

Εὐσθένεος τὸ μνᾶμα· φυσιγνώμων ὁ σοφιστής,
Δεινὸς ἀπ' ὀφθαλμοῦ καὶ τὸ νόημα μαθεῖν.
Εὖ μιν ἔθαψαν ἑταῖροι ἐπὶ ξείνης ξένον ὄντα,
Χ' ὑμνοθέτης αὐτοῖς δαιμονίως φίλος ἦς.
Πάντων ὧν ἐπέοικεν ἔχει τεθναὼς ὁ σοφιστής·
Καίπερ ἄκικυς ἐών, εἶχ' ἄρα κηδεμόνας.

F. Jacobs. βώλου pro πολλᾶς Heinsius. Mallem ΠΕΛΛΗΣ—πέλλα *lapis* est; Ruhnken. Tim. in v. φελλία; Hemst. ad Hesych. v. πέλλα. Sensus est, *pro lapide* (*sepulcrali*) *patrio*, *peregrinum superindutus jaceo.* λάϊνον ἕσσο χιτῶνα, alio sensu, dixit Hom. Il. III. 57.

IX. Anthol. Pal. VII. 533.

X. Anthol. Pal. VI. 338.

XI. Anthol. Pal. VII. 661.

4 Versus mendosus: αὐτῆς nonnulli Codices et ΑΛΙΜΩΝ ΩΣ, contra sensum et metrum: deinde ἦν. Alia aliter corrigunt. Jam, cur ὑμνοθετῶν, *Poëtarum*, injecta fuerit mentio, nisi quod mortuum *cecinerint?* Quare, revocatis αὐτῆς et ἦν, pro ΑΛΙΜΩΝ lego ΩιΔΙΜΟΝ, i. q. ἀοίδιμον, ut ᾠδὴ pro ἀοιδή; ΑΟΙΔΙΜΟΝ ἐσσομένοισι Homer. Il. ζ. 358, Callim. L. P. 121, sup. Id. XIII. 9. De his adjectivis videndus Blomf. Æsch. Ag. 395. Sensus erit, *sepelierunt eum amicum, et ipsius* (ξείνης *terræ*) *poëtis celebrandum, quàm charus eis fuerit.* De ā et ῶ confusis vide ad Id. V. 109.

6 ἄκικυς. Ita Codd., ἄοικος D. Heinsius.

ΕΙΣ ΤΡΙΠΟΔΑ ΤΩι ΔΙΟΝΥΣΩι ΑΠΟ ΔΗΜΟΤΕΛΟΥΣ.

ιβ'. XII.

Δαμοτέλης ὁ χορηγός, ὁ τὸν τρίποδ', ὦ Διόνυσε,
Καὶ σὲ τὸν ἥδιστον θεῶν μακάρων ἀναθείς,
Μέτριος ἦν ἐν παισὶ, χορῷ δ' ἐκτήσατο νίκην
Ἀνδρῶν, καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ προσῆκον ὁρῶν.

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑ ΤΗΣ ΟΥΡΑΝΙΑΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ.

ιγ'. XIII.

Ἡ Κύπρις οὐ πάνδημος. ἱλάσκεο τὴν θεὸν εἰπὼν
Οὐρανίαν, ἁγνᾶς ἄνθεμα Χρυσογόνας
Οἴκῳ ἐν Ἀμφικλέους, ᾧ καὶ τέκνα καὶ βίον εἶχε
Ξυνόν. ἀεὶ δέ σφιν λώϊον εἰς ἔτος ἦν
Ἐκ σέθεν ἀρχομένοις, ὦ πότνια· κηδόμενοι γὰρ
Ἀθανάτων αὐτοὶ πλεῖον ἔχουσι βροτοί.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΕΥΡΥΜΕΔΟΝΤΟΣ. ιδ'. XIV.

Νήπιον υἱὸν ἔλειπες, ἐν ἁλικίᾳ δὲ καὶ αὐτός,
Εὐρύμεδον, τύμβου τοῦδε θανὼν ἔτυχες.
Σοὶ μὲν ἕδρα θείοισι μετ' ἀνδράσι· τὸν δὲ πολῖται
Τιμασεῦντι, πατρὸς μνώμενοι ὡς ἀγαθοῦ.

ΕΙΣ ΤΟ ΑΥΤΟ. ιε'. XV.

Γνώσομαι, εἴτι νέμεις ἀγαθοῖς πλέον, ἦ καὶ ὁ δειλὸς
Ἐκ σέθεν ὡσαύτως ἶσον, ὁδοιπόρ', ἔχει.
Χαιρέτω οὗτος ὁ τύμβος, ἐρεῖς· ἐπεὶ Εὐρυμέδοντος
Κεῖται τῆς ἱερῆς κοῦφος ὑπὲρ κεφαλῆς.

XII. Anthol. Pal. VI. 339. In voce *Δαμοτέλης* variant libri; duo Codd. *Δαμομένης*, qui in lemmate vocatur *Δαμομέδων*.

2 *τῶν* pro *θεῶν* Blomf. Pers. Præf. XXV. et Dobræus Aristoph. Addend. p. 126. Quod ad *θεῶν* monosyllabum spectat, vide Theog. 171 *θεοῖς εὔχου οἷς ἐστὶ μέγα κράτος οὔ τι ἄτερ θεῶν.* 202 *θεῶν ὑπερέσχε νόος.* Idem 142, 171, 330, 1280, Mimnerm. II. 4 *θεῶν* (monosyll.) *μακάρων*, Solon. V. 3, XV. 2.

